UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

Boetii Eponis Frisii De Ivre Sacro - Vel Principorum Iuris Pontificii Libri III.

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

Boetii Eponis De Ivre Sacro Liber Primvs, Ad Fortvnivm Garciam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61749

Visual Library

# BOETII EPONIS DE IVRE SACRO LIBER PRIMVS, AD FORTVNIVM GARCIAM.

## CAPVT PRIMVM

DE VERO IVRIS PONTIFICII FINE, *prorſus alio quàm iuris Ciuilis, ac plurimùm differente, contra diſputationem* FORTVNII GARCIÆ, *vnum eundemq; iuris vtriuſque finem conſtituentis. deq; vnica & ſolida variorum ac multiplicium inter vtriuſq; iuris deciſiones diſcriminum atque differentiarum cauſa ſeu ratione, ex hoc ſolo finium inter hæc duo iura regundorum fonte, non aliunde, petenda:* ITEM *quatenus à lege Diuina diſtinguatur tum lex Eccleſiaſtica ſeu Pontificia tum Ciuilis.*

1 Varia iuris vtriuſque diſcrimina quibus ex fontibus fluant.

VARIA multipliciaque vulgò prodita ſunt inter Canones atque leges Ciuiles diſcrimina, quorum plurima recenſet Bartolus in tractatu ſuo differentiarum inter ius Canonicum & Ciuile; quem tamen alij tribuunt cuidam Iacobo de Albert. Bononienſi, ſub inſcriptione tali, *Summula contrarietatum inter ius Canonicum & Ciuile*, cuius quidem Iacobi mentionem facit ipſemet alibi [a] Bartolus. Inter exempla diſcriminum, delibationis ergô, præ-
ponamus núc obiter hæc, vt illuſtriora: 1 iure Pontificio [b] nullam procedere præ- 1
ſcriptionem ſuperueniéte mala fide, cùm tamé Ciuile [c] ius bona fide duntaxat initiò contentum ſit; 2 iure Pontificio [d] non 2
licere vſuras in conuentionem deducere,

a *concil. 224. lib. 1.*

b *c. vlt. de præſcript.*

c *§ diutina poſſeſſio. Inſt. de vſucap. et lõgi tẽp. poſſeſſ.*

d *c. conqueſtus. & toto tit. de vſur.*

3 ciuili [a] verò licere; 3 iure Pŏtificio [b] pro-
libus etiam adulterinis & ex inceſto vel
ſacrilego complexu procreatis alimenta
deberi ſuis à patribus, iure ciuili [c] non itẽ;
4 denique 4 iure Pontificio [d] depræhenſum
in adulterio non poſſe impunè vel per
maritum vel per patrẽ perimi, iure [e] ciuili
poſſe, quamuis nõ omnino promiſcuè [f].

Cæterum quia fieri non poteſt vt hiſce de differentiis & diſcriminibus omnibus aliis rectè iudicetur niſi fontes aperiantur vnde tales differentiæ profluunt omnes, operæpretium facturi videbamur ſi breuiter eô digitos intẽderemus. Quod vt faciamus vtiliter, finis vtriuſque iuris neceſſariò nobis eſt inueſtigãdus; vtpote quo vel ignorato vel cognito, differẽtiarum ſimul illarum ratio tota vel ignorabitur vel cognoſcetur: immò verò, niſi finis teneatur, pro differentibus frequenter habebuntur quæ re ipſa differunt nihil. Igitur qui de vero legum quarumcumq; fine non perperã neque pueriliter iudicaturus eſt, is neceſſariò conſiderabit ipſum vel Corpus vel Collegiũ vel Societatem vel Ciuitatem ſeu Rempublicã ſeu Communitatem, cuius gratia leges illæ ferũtur atque ſanciuntur. oportet, inquam, diligenter videat & acriter intueatur, cuiuſmodi ſit ipſa ſocietas humana cuius eſt illa lex, vel cui ſeruit illa lex, & quiſnam ſit ſocietatis eiuſdẽ finis vltimus; cùm leges omnes ad eũdem quoque finem referantur,

2 Finis inueſtigatio quã neceſſaria.

3 Finis legũ quomodo cognoſcendus et vnde ſit eſtimandus, ex fine nimirũ politiarũ quibus applicantur.

a *l eos qui. §. 1. Cod. de vſur.*

b *c. cùm haberet. de eo qui duxit in vxorem quã poll. per adult.*

c *auth. ex complexu. Cod. de inceſt. nupt.*

d *c. inter hæc. et ſeqq. 33 q. 2. & ibi Gloſſographus & DD.*

e *l. quod ait. & l. marito. π. ad leg. Iul. de adult. et ſtup.*

f *d. l marito. et l. nec in ea. π. ad l. Iul. de adul. et ſtupr. l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. & ſtupr. et alibi.*

tur,

tur, ita vt legum quælibet finis omnino
ſit æſtimandus ex fine Societatis vel Rei-
pub. ſeu cœtus ipſius cui leges applicãtur.
Nam quemadmodum ſagaciter & acutè,
ſicut omnia, vidit ac animaduertit ſcri-
ptumque nobis reliquit Ariſtoteles [a], nõ
Reſpublica legibus accõmodatur ſed le- 4 Qualis Reſpublica tales leges.
ges accommodãtur ipſi Reipublicæ. Nec
enim tendunt aliô leges quàm vt modum
quendam præſcribant quo perueniatur
ad eum ipſum finẽ qui propoſitus eſt ipſi
ſeu cœtui ſeu ſocietati humanæ cui leges
dantur. vnde conſequens eſſe dicit, vt ſi
laudabilis fuerit Reſpublica, laudabiles e-
tiam ſalutareſque ſint eiuſdem leges, at ſi
vitioſa pernicioſaq; ſit Reſpublica vitio-
ſæ ſimul pernicioſæque ſint eiuſdẽ leges.
ὁμοίως ταῖς πολιτείαις, inquit [b], ἀνάγκη καὶ
τοὺς νόμους φαύλους ἢ σπουδαίους εἶναι, καὶ δικαίους
ἢ ἀδίκους. πλὴν τοῦτό γε φανερὸν, ὅτι δεῖ πρὸς τὴν
πολιτείαν κεῖσθαι τοὺς νόμους. ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο,
δῆλον ὅτι τοὺς μὲν κατὰ τὰς ὀρθὰς πολιτείας ἀ-
ναγκαῖον εἶναι δικαίους, τοὺς δὲ κατὰ τὰς παρεκ-
βεβηκύας οὐ δικαίους. Quo loco D. Thomas
Aquinas, optimus Ariſtotelis paraphra-
ſtes (vt verbum verbo reddere nũc hic ne-
ceſſe non ſit) De legibus dicendum eſt,
» inquit [c], ſicut de politiis: ſicut enim quæ-
» dam politiæ ſunt prauę & iniuſtæ, & quę-
» dam ſtudioſæ & iuſtæ; ſic ſunt leges quæ-
» dam iuſtæ & ſtudioſæ, quædam prauæ &
» iniuſtę: quia leges dantur de conferẽtibus
» ad finẽ politiæ. Ergo ſi finis politiæ rectus

a Ariſt. lib. 3. Polit. cap. 7. in fi. et lib. 4. c. 1. ſub finẽ.

b Ariſt. d. lib. 3. polit. cap. 7. in ipſo fine.

c D. Thomas in Ariſt. politica lib. 3. lect. 9. §. vlt.

„ eſt ſimpliciter, & politia recta; & lex data
„ de his quæ ſunt ad talem finem recta eſt: ſi
„ finis politiæ non ſit rectus, nec politia re-
„ cta, nec lex data de conferẽtibus ad finem
„ talis politiæ recta erit. Et ſi hoc, manifeſtũ
„ eſt quòd leges quę dantur ſecundum po-
„ litias rectas, ſint rectæ; quæ ſecundũ tranſ-
„ greſſiones, non rectæ ſint. Hactenus illic Aquinas; illotiore quidẽ, ſicuti tempora tunc erant, ſermone, ſed interpretatione veriſſima ſolidiſſimaque. Clariùs ac paulò pleniùs expreſſit idipſum deinceps Ariſtoteles [a], vbi finẽ cuiuſque ſocietatis in condẽdis legibus conſiderãdum eſſe docet, vt eódẽ leges eiuſdẽ ſocietatis omnes referantur; ſecundũ quas & ipſoſmet Magiſtratus oporteat imperare ſeu præeſſe. δεῖ τὰς διαφορὰς, inquit, μὴ λανθάνειν τὰς τῶν πολιτειῶν πόσαι καὶ συντίθενται ποσαχῶς. μετὰ δὲ τῆς αὐτῆς φρονήσεως ταύτης, καὶ νόμους τοὺς ἀρίστους ἰδεῖν, καὶ τοὺς ἑκάστῃ τῶν πολιτειῶν ἁρμόττοντας. πρὸς γὰρ τὰς πολιτείας τοὺς νόμους δεῖ τίθεσθαι, καὶ τίθενται πάντες, ἀλλ' οὐ τὰς πολιτείας πρὸς τοὺς νόμους. πολιτεία μὲν γάρ ἐστι τάξις ταῖς πόλεσιν ἡ περὶ τὰς ἀρχὰς τίνα τρόπον νενέμηνται, καὶ τί τὸ κύριον τῆς πολιτείας, καὶ τί τὸ τέλος ἑκάστης κοινωνίας ἐστί. νόμοι δὲ κεχωρισμένοι τῶν δηλούντων τὴν πολιτείαν, καθ' οὓς δεῖ τοὺς ἄρχοντας ἄρχειν, καὶ φυλάττειν τοὺς παραβαίνοντας αὐτούς. ὥστε δῆλον ὅτι τὰς διαφορὰς ἀναγκαῖον καὶ τὸν ἀριθμὸν ἔχειν τῆς πολιτείας ἑκάστης, καὶ πρὸς τὰς τῶν νόμων θέσεις. οὐ γὰρ οἷόν τε τοὺς νόμους συμφέρειν ταῖς ὀλιγαρχίαις οὐδὲ

[a] Ariſt. lib. 4. polit. cap. 1. ſub finem.

ταῖς

ταῖς δημοκρατίαις πάσαις, εἴπερ δὴ πλείω καὶ μὴ μία δημοκρατία μόνον ἐστίν. Quæ quidem tota clauſula quoniam non ſatis vel fideliter vel ſignificanter ab interpretibus eſt hactenus Latinè reddita, ſic nobis & craſſiſſimè & apertiſſimè vertẽda videbatur.

» Oportet non ignorare differentias poli-
» tiarum, quotnam (politiæ nimirum) ſint,
» & quotifariam componantur: eademque
» cum prudentia conſiderare ſimul oportet
» & leges optimas & vnicuique politiarũ
» congruentes. quãdoquidem leges opor-
» tet ad politias accommodare, ſicut & o-
» mnes accommodantur, non autem è con-
» trario politias ad leges. nam politia quidẽ
» eſt ciuitatibus ordo, qui circa Magiſtra-
» tus ipſos, quanam ſcilicet ratione creẽtur,
» datus eſt; & quidnã ſit illud à quo ſumma
» politiæ dependet, ſeu quod politiæ tenet
» principatum; & quiſnam ſit finis cuiuſq;
» communitatis. Leges autem ſeiũctæ ſunt
» ab iis quæ manifeſtãt politiam, ſecundum
» quas oportet illos qui imperãt imperare,
» earundemque tranſgreſſores obſeruare.
» Vnde palã fit ad leges quoque condendas
» eſſe neceſſarium tenere tum differentias
» tum numerum vniuſcuiuſque politię. nec
» enim fieri poteſt vt eædem lẽges conue-
» niant omnibus oligarchiis. i. paucorum
» principatibus, vti nec omnibus democra-
» tiis. i. popularibus, principatibus; cùm nõ
» vna tantùm ſit vel democratia vel oligar-
» chia, ſed plures. Hactenus Ariſtoteles. In

quem rurſus locũ D. Thomas [a] inter alia tribus verbis rem quaſi acu tangit; leges differunt, inquit, ſecundum diuerſitatem finium, cuiuſque nimirum politiæ: ſtatus popularis & ſtatus paucorum non eſt idẽ finis &c. moxque periodum claudit hiſce verbis, *leges diuerſificantur ſecundum diuerſitatem finium.* Docuit idipſum priùs ipſemet Plato [b], priſcos imitatus cum Socrate ſuo Philoſophos, tot eſſe nimirum formas legum quot ſunt formæ Rerumpublicarum; legibus omnibus cum [c] ſagittario venuſtiſſimè comparatis; vt quæ ſemper ad ſcopum ſingulis Reſpublicis propoſitum colliment inſtar ſagittarij. nec ineptè leges alibi [d] dicit id eſſe Rebuſpub. quod fulcra ſunt ædificiis totam ſuſtinẽtia ſtructuram; quibus motis, & ſtructurã corruere ſit neceſſe; quãdoquidem ſine legibus nullæ prorſus Reſpubl. ſuo potiri fine vel ſubſiſtere poſſunt. quô ſpectabat & Xenophõ [e] author grauiſſimus, idemque Socraticus, dum legẽ definiret præſcriptricem eorum quæ ſunt facienda quæve fugienda, quò nempe finem ſuum conſequatur ipſamet politia cuius eſt illa lex. Illuſtratur eadem ſententia per legis deſcriptionẽ à Chryſippo [f] traditam, qua præter alias clauſulas legem tum reginam tum Canonem ſeu regulam vocitat, eò quòd omnes humanas actiones iuſtitia duce dirigat in finem cuique politiæ propoſitum. ſicuti regula fabrilis dirigit opus fabrile.

5 Tot formæ legũ quot Rerũpubl.

6 Lex inſtar ſagittarij.

7 Lex inſtar fulcrorum.

8 Lex quid.

9 Lex Canon ſeu regula fabrilis.

a D. Thom. in *Ariſt. polit. lib. 4. lect. 1. §. declarat quod oportet ipſum conſiderare de differentiis legum.*

b *Plato dial. 4. de legibus.*

c *Plato dial. 11. de legibus.*

d *Plato dial. 7. de legibus.*

e *Xenophõ lib. 1. de factis et dictis Socratis.*

f *l. 2. ff. de ll.*

fabrile. quia leges nihil aliud quàm quæ-
dam ſunt vel media vel remedia vel modi
quibus ad finem cuique Reipub. propo-
ſitum perueniatur. In quem ſenſum Leo-
nardus Aretinus hanc Ariſtotelis clauſu-
lam ſuperiorem per ſe ſatis obſcuram,
νόμοι δὲ κεχωρισμένοι τῶν δηλούντων τὴν πο-
λιτείαν, ita vertit; leges autem rerumpub.
variæ ſunt, per quas modus gubernandæ
Reipubl. ſignificatur. id quod in effectu
quidem (nam ſublimius quid ſpectare vi-
detur Ariſtotelis vt mox dicetur) ab in-
terpretatione D. Thomę non prorſus ab-
horret. Sanè Plato partim in Minoe par-
tim in dialogis de Republ. déque legibus
ita de lege diſputat, vt ex collectione tum 10
Ficini [a] tum Iauelli [b] definitio tandem le- Lex quid
gis Platonica reſultet ferè talis; *Lex eſt* Platoni.
*vera gubernandi ratio quæ ad finem optimum*
*per commoda media dirigit gubernatos, obe-*
*dienti præmium, tranſgredienti pœnam ſta-*
*tuens*. Illud ex Ariſtotele cumprimis eſt
obſeruandum pro memorabili, non tan- 11
tùm primarias illas Rerumpubl. formas, Sex Rerũ-
numero ſex, peculiarẽ ſibi ſingulas habere pub. formę,
finem propoſitum, verum etiam ſingulas cum variis
Rerumpub. formas in alias interdum ſub- formarum
diuidi formas omnino diuerſas quarũ ſin- ſingularum
gulæ proprium peculiaremq; reſpiciãt fi- generibus,
nem, quarumq; leges ad eundẽ quoq; pe- cauſa diuer
culiarem per conſequens finẽ referantur. ſi peculia-
exempli gratia; ſtatus Oligarchicus nõ eſt riſque legũ
vnicus, vti nec ſtatus Democraticus eſt v- finis.

a *Marſilius Ficinus in arg. Minois apud Platonem.*

b *Iauellus in Epitome politicorum Platonis Tract. 3. cap. 1.*

nicus, at ſępenumero varius ac multiplex; vnde ſimiliter cõſequi dicit Ariſtoteles [a], vt & finis tum Democraticarũ tum Oligarchicarum legum nõ ſit ſemper vnicus & idem, ſed pro varietate finis politiæ vel Democraticæ vel Oligarchicæ varium quoque conſtitui finem legum vel Democraticarũ vel Oligarchicarum. Quare tantum abeſt vt vnus idemque poſſit eſſe finis legum ſtatus Regij cum fine legum ſtatus Democratici ſeu popularis, vt etiã finis legum ſtatus vnius eiuſdémque ſummi generis non ſemper ſit vnus idemque; nempe ſi contingat vt ille ſtatus in plures alias migret abeatque formas quaſi ſubalternas, quemadmodũ de pluribus democratiæ formis deque pluribus Oligarchię generibus proponebat illic Ariſtoteles [b], & in ſequentibus pleniùs explicat. quia (ſicuti dictum fuit) non ſolùm ſi ſumma politiarum genera differant finibus, differrent etiam eorũdem leges finibus, verum etiam quãtumlibet vnici ſit nominis politia, veluti democratia, ſi tamen non ſit vnius omnino generis hæc eadem democratia, leges eiuſdem quoque non vnum eundemque reſpicient finẽ, ſed vnicuique democratię propriũ ac peculiarem, prout nimirum finis eſt vniuſcuiuſque ſpeciei ſtatus democratici ſeu popularis. Breuiter & in ſumma, frequenter vnicum politiæ genus in diuerſas fiſſum formas diuerſos reſpicit fines, & per conſequens pro finiũ eorun-

[a] *Ariſt. d.c. 1. lib. 4. politic. in ipſo fine.*

[b] *Ariſt. lib. 4. polit. cap. 2. et ſeqq.*

eorundem diuerſitate diuerſis habet opus legibus. Ac niſi nobis res hic eſſet futura cum nonnullis hominibus refractariis & opinioſis, teſtimonio grauiſſimorũ Philoſophorum tam ſolicito tamque multiplici nequaquã fuiſſet opus; cùm vel ſola ratio naturalis id quod hactenus de legũ quarũlibet finibus prudenter æſtimandis & commodè regũdis allatum fuit omnino dictitet. Verùm refrenandi ſunt homines quidam inſolentiores, qui dum rationibus quantumlibet viuis in gyrum ſeſe rationis duci non patiuntur, authoritatibus etiam tãtorum Philoſophorum percellendi ſunt. Obiter hic interim videtur explicandum paulò clariùs, quid ſibi velit Ariſtoteles [a] dum leges dicit eſſe ſeiunctas ac ſeparatas ab iis omnibus quæ politiam deſcribunt. Vult enim, niſi fallor, leges non eſſe quidem partem politiæ, nõ magis quã vel Auriga ſui currus vel Nauclerus nauigij pars eſt; ſed ab omnibus iis per quæ deſcribebatur politia diſtinctas eidem politiæ toti tanquam ductrices & gubernatrices & iuſti ſemper efflagitatrices quaſdam præſidere ac imminere; quibus vel ipſimet Magiſtratus etiam parere teneantur, & quarum præſcripta ſedulò ſequi debeant, vt ad finem vnicuique politiæ propoſitum feliciter perueniatur. Quod autem ſępiùs inculcat Ariſtoteles [b] leges politiis non politias legibus accommodandas eſſe, fortaſſis illuſtrari nõnihil pote-

a Ariſt. d. lib. 4. polit. cap. 1. ſub fin.

12 Leges quo ſenſu dixerit Ariſtoteles eſſe ſeparatas ab iis quę Rẽp. deſcribunt.

b Ariſt. d. lib. 3. polit. cap. 7. & d. lib. 4. polit. cap. 1. & alibi ſæpiùs.

13 Leges politiis non politias legibus accommodatas eſſe cur dixerit Ariſtoteles.

 pote-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poterit per illud vulgi dictum Philoſophis vſurpatum, calceos pedibus non pedes calceis accommodãdos eſſe. Cur non potiùs ad omnium optimas quasque leges accommodantur ipſęmet è contrario politiæ, ſic ſeſe multò meliùs (vt prima facie videri poſſet imperitioribus) habituræ? Rationem tetigit Ariſtoteles ipſe clariſſimam hanc, quòd non ſemper id quod eſt optimum poſſint obtinere politiæ quæuis, nec eius quod eſt optimum ſint capaces; ideoque moderandas & flectendas gubernandi habenas pro vel captu vel capacitate ſubditorum quorumlibet.

14 Quam ſtultus illorum ſit conatus qui leges et cõſuetudines vbique volunt eaſdem.

Vnde ſtultiſſimus & ſummè ridiculus detegitur atque depræhenditur hominum quorundam ſemidoctorum conatus, qui cunctas cunctorum populorum vni vel Imperatori vel Regi cuipiam parentium leges, cunctas conſuetudines, in vnam cenſent redigendas eſſe conformitatem ſeu conſonantiam, & ita cunctos vnius Monarchiæ homines iiſdem regendos eſſe legibus; operâ etiam in id ſua Principibus interdum, ſi Diis placet, oblata. Sutores egregij; cunctis cunctorum pedibus, vnius eiuſdémque formæ calceos accõmmodaturi.

15 Sex formæ Rerũpublic. breuiter explicatæ.

Sex denique generales politiarum formæ de quibus Ariſtoteles per integros octo libros fuſiſſimè diſſerit, ſunt hæ; tres quidem priores rectæ, poſteriores autem prauæ: nimirùm [a], βασιλεία, ἀριστοκρατία, πολιτεία, τυραννίς,

[a] *Ariſt. lib. 4. polit. cap. 2.*

νὶς, ὀλιγαρχία, δημοκρατία. primum genus eſt poteſtatis Regiæ, cuius vel tranſgreſſio vel degeneratio (παρέκβασιν vocat Ariſtoteles) tyrannis eſt; ſecundum genus eſt gubernationis Optimatũ, cuius vel tranſgreſſio vel degeneratio Principatus eſt paucorum diuitum & opulentorum ſibi priuatim ſtudentium, qui dicitur Oligarchicus; tertium genus communi vocabulo nominatur politia ſeu Reſpublica liberorum promiſcuè ciuium virorum bonorum, quæ ſi degenerauerit in vitium fit ſtatus democraticus, id eſt, popularis. primũ genus eſt ſolius vnius imperãtis, nunc legittimè, nunc illegittimè, nẽpe Monarchicum; poſteriora duo genera ſunt plurium quidem ſimul imperantium, veruntamen inter ſe non tam numero ſeu multitudine ſeu paucitate quàm vel prudẽtia cæteriſq; virtutibus vel opibus atq; diuitiis vel titulo nobilitatis vel harũ contrariis diſtincta. quod luculẽter contra nonnullos antiquos hæc numero ſolo diſtinguẽtes explicat Ariſtoteles [a]. Cæterùm de trigemina hac politiarũ ratione tota, ſingularum partibus, differẽtiis, cõmiſtione, principiis, progreſſibus, effectibus, mutationibus, diſputatio plenior huius noſtri prę̨ſentis nõ eſt inſtituti. fontes Ariſtotelici pro re nata ſunt adeundi. nobis abũdè ſuffecerit euidenter euiciſſe, finẽ legũ quarũlibet ex fine Cõmunitatis ipſius cui leges eædem ſeruiũt æſtimari debere. quod

[a] *Ariſt. lib. 4. polit. cap. 4.*

ipſum

ipſum quoque pleniùs & luculétiùs pro-
ſequitur Ariſtoteles [a] vbi de optimo quę-
16 rit ſtatu ciuitatis: minimè pręteritis vario-
rum illuſtrium populorum exemplis qui
qualem ſibi propoſuerant ſuæ Reipub. fi-
nem, tales etiam tulerint leges eôdem re-
ſpicientes; vt Lacedæmonij, Cretenſes,
Scytæ, Perſæ, Thraces, Galli, Carthagi-
nienſes, Macedones, Iberi.

*Illuſtres aliquot Populi temporibus Ariſtotelis.*

a Ariſt. toto lib. 7. polit. & præcipuè cap. 2. & cap. 13.

Videamus ergo nunc, quænam ſit, &
qualis, & quem ſibi propoſitum habeat
finem, Communitas illa vel Corpus illud
cui leges Pōtificiæ vel iura Canonica dan-
tur & applicantur; item quodnam ſit &
quale ſit, & quē ſibi propoſitum habeat
finem, Corpus illud cui iura Principū vel
populorum ciuilia dantur & applicātur.
17 Ac profectò mortalium nullus vnquam
iuſtè dubitauerit quin ius Pōtificium ſeu
Canonicum ſit ac paſſim [b] nominetur ius
Eccleſiaſticum; ſicut & nuper adhuc illud
poſt ſuos maiores iuriſprudentiam nomi-
nauit Eccleſiaſticam præclarus & inſignis
Theologiæ profeſſor Dominicus [c] Bañes
Mondragonēſis in ſuis ad Summā Theo-
logicam Diui Thomæ Commentariis.
Corpus igitur illud vel Communitas illa
18 cui ſeruiūt leges Eccleſiaſticæ, procul du-
bio ſola Chriſti Seruatoris ac Liberatoris
eſt Eccleſia. quemadmodū Corpus illud
vel Communitas illa cui ſeruiunt leges
cunctæ ciuiles, politia ſeu Reſpublica ci-
uilis eſt. quamobrem ſi diuerſa planè ſint
hæc

*Ius Pontificiū ius eſt Eccleſiaſticum.*

*Politiæ Eccleſiaſticæ ſeu ſpiritualis & politię Ciuilis diuerſi fines.*

b c. 1. diſt. 3. c. 1. diſt. 15. c. leges Eccleſiæ. c. vnaquæq; prouincia. 3. q. 6. c. infames. 6. q. 1. c. remoto. 7. q. 1. c. conſpirationum crimina. 11. q. 1. & alibi frequentiùs.

c Dominicus Bañes in ſummam D. Thomæ part. 1. quæſt. 1. art. 8. dubio vlt.

hæc duo Corpora, quæ ſingula finem ſibi non vnum eundémque ſed omnino diuerſum ſingularémque habent propoſitum, fieri non poterit quin & horũ Corporum tam diuerſorum leges finem quoque reſpiciant non vnum eundemq́ue ſed omnino diuerſum ſuóque Corpori proprium ac peculiarem ſingularemq́ue. Leges Eccleſiaſticas dum dicimus, vel Eccle- 19

Eccleſiaſticũ Corpus quomodo ſumatur.

ſiæ Corpus dum nominamus, nemo tam vel rudis eſt vel ſtupidus quin intelligat de legibus nos hic loqui non tantùm quę ſolas ad Eccleſiaſticas pertinent perſonas vel ad ſolas res Eccleſiaſticas, verũ etiam quæ cunctis applicantur Eccleſiæ filiis, id eſt, Chriſtianis omnibus Catholicis; eo nimirum ſenſu vocis Eccleſiæ, quo fidei Chriſtianę ſumitur articulus hic in Apoſtolico ſymbolo CREDO SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM. 20

Eccleſiaſtici Corporis amplitudo.

Quod quidẽ Corpus admirabile prorſus & heroicum longè patet latiùs quàm patuit vllus vnquam Principatus vel Monarchia Ciuilis, vtpote per vniuerſa lõgè latéque diffuſum climata mundi ſeu terminos terrę. Cuius iccircò Corporis Eccleſiaſtici ciues omnes Eccleſiaſticis quoque legibus regantur oportet; non minus Principes ipſimet, Imperatores [a], Monarchę, Reges, ac alij quicumque, quàm populus reliquus Chriſtianus, quandoquidem Principes etiã Chriſtiani ſunt ipſius Eccleſię tum filij [b] tum ciues tum totius Chri-

a *c. cùm ad verum ventum eſt. cap. duo ſunt. c. ſi Imperator. diſt. 96. c. omnes. et c. ſolitæ benignitatis. de maio. et obed. latè Panorm. ad c. 1. de cõſtitut.*

b *d. c. ſi Imperator, et aliis.*

Chriſtiani gregis oues quędam, vniuerſali huius ouilis paſtori per ipſum Chriſtũ inſtituto [a] ſemper ex ęquo ſubiecti quamdiu Chriſtiani & eſſe & audire voluerint. a Ioann. vlt.

21 Finis Eccleſiaſtici huius Corporis.

Et quiſnã, quæſo, tãdem propoſitus eſt finis, quiſnã ſcopus, huic Eccleſię vel Eccleſiaſticæ politiæ, Corpori, inquã, omnino myſtico planéq; ſpirituali? dubitãdum nõ eſt, quin ille ſit vita Chriſtianorũ talis quã cœleſte regnũ ſeu ſalus æterna ſeu ſempiterna beatitudo poſt huius vitæ terminũ ſequatur. quæ ſola beatitudo totius huius Eccleſiaſticæ militiæ præmiũ eſt propriũ ceu finis vltimi huic Eccleſiaſticæ politiæ in hoc mundo propoſiti (bonæ nimirum Chriſtianęq; vitę) fructus genuinus lõgéque vberrimus. Hũc ergo leges oẽs Eccleſiaſticę reſpiciãt et collimẽt neceſſe fuerit, inſtar ſagittariorũ non Platonicorũ b ſed Chriſtianorũ; vt nimirũ per mores homine Chriſtiano dignos tam quoad credẽda quàm quoad faciẽda vel non faciẽda ciuẽ vnũquemq; dirigãt ac deducãt ad ipſiuſmet (in qua verſatur & cuius eſt ciuis) politiæ, dico Eccleſię, finẽ; ad vitã ſcilicet verè Chriſtianam: quæ in animorũ ſeu conſcientiarũ puritate, remiſſis beneficio meritóque Chriſti per Eccleſiæ miniſtros vniuſcuiuſque peccatis, cõſiſtit: & vnde ſalus æterna ſeu beatitudo ſempiterna poſt hanc vitam ſit expectãda. quandoquidem legum quarumlibet finis eſt, ciues in eum dirigere finem qui vnicuique politię propoſitus

b Plato d. dial. 11. de ll.

poſitus eſt. ſpirituale quoddā Corpus eſt, & politia quędā ſpiritualis, Eccleſia; ſpiritualis igitur ſit & eiuſdem finis neceſſariò conſequēs eſt. quid autē ſpirituale magis quàm in hac vita peccatis animas poſſe liberari conſciētiaſq́ue purgari? qualis vita nuſquam reperitur alibi quàm in hac ſola politia Eccleſiaſtica diuinitus inſtituta.

22 De luſtrationibus & purgationibus animorū ſomnia philoſophorum.

Multa ſomniarūt olim Platonici ſimilesq́ue Philoſophi pręſtātiſſimi tū de luſtrationibus & purgationibus animorū tū de expiationibus criminum, ſed nihil pręter ineptias ac nugas attulerūt. Hoc immenſum bonū ſoli dedit Eccleſię ſuę, Corpori inquam huic ſuo ſpirituali, Chriſtus Dn̄s. Hoc inuitamento ſolo pellecti Principes oēs terræ, cum populo Gentili cūcto, nomē olim ſuū Chriſto dederūt; vt videlicet in hac ipſa Eccleſia ſalutē operarētur ſuā, remedio peccatorū remittēdorum ſemel inuēto. Studio dataq; opera finē Eccleſiaſticæ politię poſui vitā Chriſtiano homine dignā, nō autē ipſam beatitudinē ſempiternam:

23 Duplex Eccleſiæ militantis conſideratio, multarum difficultatū ſubmotrix.

quia quatenus Eccleſia militās quoddam Corpus eſt in terris politicum, quod ſuo tempore finietur, nō poteſt nō ſimilis naturę ſimiliſq; proportionis finē vltimū ceu ſcopū ſibi habere propoſitū; cuius nimirū finis fruitio poſſit & in terris obtineri: quatenus verò cōſideratur eadē hęc Eccleſia militans vt ac tanquā ſpōſa Chriſti, finē ſibi habet propoſitū longè ſublimiorem, vitā videlicet æternam.

quî ſic: quoniam ſpõſæ Chriſti ſunt ipſęmet animæ Chriſtianorum in gratia Dei conſtitutorum ſingulæ: quę cùm ſint immortales, immortalem quoque, hoc eſt, in omnem ęternitatem duraturũ ſibi propoſitum habẽt finem. Neceſſaria prorſus eſt hæc diſtinctio geminę conſiderationis vel ſumptionis Eccleſiæ militantis; cùm inter vtramque ſumptionem diſcrimẽ ſit ingẽs, cuius ignoratio ſummas rebus maximis poteſt offundere tenebras, & cuius animaduerſio res alioquin obſcuriſſimas

24 Eccleſia Corpus politicum.

poteſt ſingulariter illuſtrare. Quatenus Eccleſia militans Corpus eſt politicũ, nec animam per ſeſe dicitur habere, nõ magis quàm alia ſeu Corpora ſeu Collegia, ſeu Societates & Communitates, nec in ęternum durabit vti modò dicebatur, nec paribus in ea ſunt homines conſtituti gradibus at alij præſunt & imperant alij parẽt, alij dignitatibus & honoribus pręeminẽt alij degũt priuati, & ſic de cæteris: ratione prorſus eadem qua cunctis aliis in politiarum generibus cõtingit. Sed quatenus

25 Eccleſia ſpõſa Chriſti.

Eccleſia militans eſt ſpõſa Chriſti, ſingulę ſpectantur animę Chriſtianorum, nec vnquam finietur ſed in æternum durabit niſi quòd militię nomen in triumphi nomen ſit abiturum, nec vel honoribus vel opibus vel potentia vel rebus vllis externis homines hic diſtinguuntur ſed ſolis meritis atque virtutibus verè Chriſtianis. adeo vt vel infimi fortè cuiuſpiam bubulci vel

ſordidiſſimi ſutoris anima, propter mentis puritatem frequenter homines latentem, Deo poſſit eſſe ſponſa tam grata vel etiam gratior quàm ſummi ſubinde Pontificis quantumlibet vita tota ſanctiſſimi ſemper alioquin & integerrimi. Dum Chriſti ſpōſam dico, fideles omnes, id eſt, Chriſti fidem complexos, intelligo, prout ab infidelibus omnino ſeparati ſunt atq; diſtincti; quod à noſtris etiam Corpus fidelium nominari ſolet, in quo tam ſunt mali quàm boni donec in extremo iudicio fiat ab agnis hædorum ſeparatio, veraque tandem appareat ſponſa prorſus omni & macula & ruga carens. Quatenus Eccleſia militans eſt Corpus politicum, nihil aliud re vera quàm vel ſeruit vel (ſi clariùs dici poſſit) inſeruit ipſimet ſponſę quaſi pro quadam ſeu domo prudēter ac ſapiēter adminiſtrata ſeu tabernaculo ſeu habitaculo luculenter adornato: ſed quatenus Eccleſia militans eſt ipſamet ſponſa Chriſti, Domina prorſus eſt, huiuſce domus habitatrix, & Regina quædam ſplendidiſſima, ſuis ipſamet intrinſecus ornata per Chriſtum dotibus admirabilibus, verbo nimirum diuino, quæ diuina lex eſt, & ſeptem ſacramentis diuinæ gratiæ quaſi promptuariis & inſtrumētis. cui quidem ſponſæ vel hac ſola dotatione per ipſum Chriſtum facta ſatis abūdè prouiſum fuit tam quoad mores quàm quoad fidem (id quod apertiſſimè docet D. Thomas [a])

26 Lex diuina.

[a] Thom. 1. 2. quæſt. 108. art. 2.

quantumlibet in eas redigeretur anguſtias Eccleſia, vt nulla prorſus Eccleſiaſtica politia vel ſupereſſet vel appareret in terris, quale tẽpus aliquod breuiſſimũ ſub Antichriſto futurum exſpectatur, neque tamen ob id Eccleſia quatenus eſt ſponſa Chriſti deſinet ſupereſſe, quinimmo quãtò magis vexabitur tãtò cõſpicietur illuſtrior. interim tamen donec iſta defectio venerit, Corpus etiã politicũ pro ſecuriſſimo ſpõſæ huius domicilio nunquã deficiet.

27 Lex Eccleſiaſtica quorſum diuinæ acceſſerit.

Si quæras cur ergo legi diuinæ lex acceſſerit Eccleſiaſtica, cũ ſaluti ſempiternæ ſola lex diuina ſufficeret, in prõptu eſt ratio; quòd nimirũ vita moresq́; ciuiũ Eccleſię Chriſtianis hominibus digni per leges Eccleſiaſticas neceſſariò præſcribendi (quãdo nulla politia poteſt eſſe ſine legibus eidẽ politię congruentibus) lõgè faciliorẽ reddant ipſius diuinę legis obſeruationẽ; ſicuti pręter alios plurimos luculẽter oſtẽdit Alphõſus a de Caſtro. Sapiẽtia diuina b quæ per Salomonẽ dixit, *Cõſerua fili mi præcepta patris tui*, ſimul adiecit ipſamet & hoc, *& ne dimittas legẽ matris tuæ.* Mater hæc, eſt Eccleſia Chriſti de qua diſputamus, vtpote quæ nos Chriſto per baptiſmũ regenerauit. Et ſanè, ſicut imperitiſſima foret ac ineptiſſima quæſtio, vel ſaltẽ dubitatio, nũ pręter legẽ naturalẽ ſit opus in profana ſeu mundana ſeu terrena politia legibus etiã ciuilibus eandẽ politiã dirigẽtibus, ita nõ minus vel inepta vel impe-

a *Alphonſ. aduerſus hæreſes lib. 6. dict. Eccleſia, hæreſi.* 3.

b *Prouerb.* 6.

imperita quæſtio, vel ſaltē dubitatio fuerit, an pręter legē diuinā ſit opus in Eccleſiaſtica politia legibus etiā Eccleſiaſticis hāc eandem politiā dirigētibus, Quodſi nemo iuſtè dubitandum putet quin leges aliquæ ciuiles præter naturalē ſint neceſſariæ politiis quibuſcumq; profanis, pari ratione non erit vllo modo dubitandum quin aliquæ leges Eccleſiaſticæ pręter diuinā ſint neceſſarię toti politico Corpori Eccleſiaſtico. quandoquidē ſicut leges ciuiles ex naturali ratione deducūtur; ita leges Eccleſiaſticæ tanquā vel concluſiones quędā vel determinationes ex lege diuina profluunt & eliciuntur [a]. quas cùm Chriſtus Dominus illorum qui præfuturi ſint iudicio reliquerit, pro tēporum, locorū, rerum, perſonarum, ſimiliumq; circumſtantiarū varietate, moderandas, quicunque illos audit quos Chriſtus ad hoc inſtituit, is ipſum Chriſtū audit; & quicunque ſpernit illos, ipſum Chriſtū ſpernit.

28 Vnde profluant leges Eccleſiaſticæ.

[a] *c. qualiter & quando 24. de accuſ.*

Ex hac duplici Eccleſię militātis conſideratione per nos hactenus propoſita palam fit obiter, quantò ſit & ſplēdidior & auguſtior tum lex ipſa diuina cum ſacroſancta Theologia tum finis eidē propoſitus, quàm ſit vel ipſa lex Eccleſiaſtica cum ſua tota iuriſprudentia Canonica vel finis eidem propoſitus. intelligitur item & illud ex hactenus diſputatis, quantò ſit & ſplendidior & auguſtior tum lex ipſa Canonica ſeu Pontificia vel Eccleſiaſtica

29 Legis diuinæ, Canonicæ, Ciuilis, comparatio.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum finis eidem propoſitus, quàm ſit vel ipſa lex Ciuilis vel finis eidē propoſitus. quia leges cunctæ Ciuiles, cùm ciuilem duntaxat, id eſt, ſecularem ſeu terrenam dirigant Rempubl. (cui non eſt finis alius propoſitus quàm vita ciuium talis quæ naturali ſit rationi conformis, abſque reſpectu prorſus vllo boni ſupernaturalis quo conſcientia purgatur & peccata remittuntur) nō poſſunt altiorem ſpectare finē quàm qui ſuæ quadrat & verò propoſitus eſt Reipubl. vbi contrà, Corpus Eccleſiæ, tanquam politia quædam tota ſpiritualis, finem ſemper & vbique ſpiritualē cum ſuis legibus omnibus intuetur in moribus ciuium ſuorum componēdis.

30 Mundanas vocari leges ciuiles, at Eccleſiaſticas, diuinas & ſpirituales.

Hinc iuris huiuſce ſacri conditores nunc illud nomināt [a] leges Eccleſiaſticas, nunc legem Dei, nunc legem diuinam; ius verò Ciuile, nunc legem ſeculi, nunc leges ſeculares, nunc leges mundanas.

31 Finis vltimus declarat cuiuſq; rei naturā.

Certè finis vltimus vel maximè declarat & illuſtrat rei cuiuſque naturam, ſicut auctor eſt Ariſtoteles [b], & in eundem Sepulueda [c]. Sic Eccleſiaſticæ politię naturam cumprimis illuſtrat hoc, quòd animas Chriſtianas regno cœleſti per huiuſmodi vitam reddat in hac etiam vita mortali magis idoneas ac paratiores.

32 An ſalus animarū ſit finis iuris Pontificij, prout volunt plerique.

Interpp. alij cumplures finē iuris Pontificij volunt eſſe ſalutē animarum: quòd quidem ſanè intellectum, per ſeſe verum eſt, nec ab hac noſtra doctrina diſcrepat; ſi nimi-

a c. accuſatore & accuſationes. 3. q. 5. c. omnes verò infames. cap. beatus Petrus. c. infames. c. nos ſequentes. 6. q. 1. c conſpirationū crimina. 11. q. 1. c. filius moſter. de teſtam. c. 3. N. Cler. vel monach. ſecul. neg. ſe imm. & alibi frequenter.

b Ariſt. lib. 1. polit. cap. 1.

c Sepulueda in cap. 1. lib. 1. polit. Ariſt.

ſi nimirum ſalutem animarũ accipiamus pro ſtatu animarum in terris adhuc agentium tali qui reddit eas ad æternam ſalutem capeſſendã paratiores & expeditiores ac magis idoneas, nõ autem pro ſtatu beatitudinis æternæ poſt hanc vitam qui ſoli propoſitus eſt Eccleſiæ vt ac tãquam ſponſæ Chriſti nunquam deſituræ. Qui profectò ſalutis animarum priori modo acceptæ finis vltimus ab ipſiſmet Pontificibus Eccleſiaſticarum legum conditoribus adeò frequenter in iure condendo proponitur & premitur & inculcatur, vt ridiculus meritò deprehendatur qui contrà niti velit, vt mox clariùs apparebit. Quem in ſenſum non peſſimè ſumi videtur illud Chriſtianis omnibus notiſſimum & quod in ipſorũ ſemper ore verſetur digniſſimũ, EXTRA ECCLESIAM NON EST SALVS; vt extra Noachi arcam non erat vita, ſed vndique plurima mortis imago. Trãquillitas, puritas, nitor, ſplendor, ac denique ſalus, id eſt, ſanitas omnis animæ, ſeu conſcientiæ mundicies & integritas, in hac etiam vita mortali, nuſquam alibi quàm in Eccleſia Chriſtiana poteſt impetrari. qualis impetratio, cùm priuatim quoad ſingulos, tum publicè quoad vniuerſos, finis eſt vltimus politiæ totius Eccleſiaſticæ; non autem beatitudo ſempiterna, multóque minus beatitudo quæpiam planè terrena qualem vel Philoſophi vel terre-

33 EXTRA ECCLESIAM NVLLA SALVS.

narum Rerumpubl. fundatores quærunt
ſibique pro fine proponunt, alij aliam; ſi-
cut & Ariſtoteles a docet, & ratio natura-
lis dictat, & experientia demonſtrat. Qui
terrena ſibi proponunt in Eccleſia, id eſt,
in Corpore hoc Eccleſiaſtico, verè quid
Eccleſia ſit penitus ignorant: quos vel ad
vnicum relegãdos exiſtimo libellum Ca-
34 techiſmi Tridentini, clariſſimè pulcherri-
méque quid hic Apoſtolici ſymboli arti-
culus CREDO SANCTAM EC-
CLESIAM CATHOLICAM ſi-
bi velit explicãtem. Sancti nimirum Spi-
35 ritus b eſt, quidquid legiſlationis eſt Ec-
cleſiaſticæ; nec aliô quàm ad ea quæ ſunt
ſpiritus & animorum tendit in hac ipſa
mortali vita. Probè perſpexerunt id præ-
ſtantiſſimi quiq; Theologi; Princeps ipſe
D. Thomas c, vbi docet omnia merè cere-
monialia iudicialiaq;, quibus inter Chri-
ſtianos fuerit opus, humano fuiſſe iudicio
per Chriſtum relicta; verbis tandem vſus
„ hiſce, Iudicialia præcepta reliquit Domi-
„ nus diſponẽda his qui curam aliorũ erant
„ habituri vel ſpiritualem vel temporalem:
36 per ſpiritualem curam intelligens procul
dubio politiam Eccleſiaſticam, per curam
verò temporalem politiam ſecularem ſeu
terrenam ſeu ciuilem. Clariùs id expreſſit
Bartholomæus Medina d diligentiſſimus
& accuratiſſimus eiuſdem D. Thomæ in-
„ terpres, Ius Cæſareum componit pacem,
„ inquit, in exteriori Republica; ius Ponti-
ficium,

34 Eccleſia ſpirituale corpus.

35 Spiritus eſſe ſancti legiſlationẽ Eccleſiaſticam.

36 Iuris vtriuſque diſcrimen.

a Ariſt. d. lib. 4. polit. cap. 2. & lib. 7. cap. 2. & 17.

b c. violatores. 25. q. 1. cap. igitur. 25. q. 2.

c Thom 1. 2. quæſt. 108. art. 2. in corpore art. et in reſponſ. ad 3. & 4. arg.

d Medina in 1. 2. q. 9. in introductorio ſu

ficium, in Republica Chriſtiana & Eccle-
ſiaſtica; ius Theologorum, docet benè &
feliciter viuere in ordine ad Rempublicã
cœleſtem. pleniusq́; ſeipſum deinceps in-
terpretatur quoad illud quod de iuris Pō-
tificij fine dixerat, Poteſtas, inquit, ciuilis
conſtituit & conſeruat pacem publicam,
poteſtas Eccleſiaſtica dirigit hominem in
finem ſupernaturalem. loquitur autem de
legibus humanis conſcientias obliganti-
bus. intelligit igitur per finem ſupernatu-
ralem, conſciētiarum puritatem etiam in
hac vita, ſi non & beatitudinem æternam.
Quinimmò Ioãnes Gerſon Cancellarius
olim Pariſienſis, vir non minus Philoſo-
phus quàm Theologus, isq́; & ingenio-
ſiſſimus & acutiſſimus, D.º Thomę quo-
ad merè ceremonialia iudicialiaq́; ſuffra-
gatus [a] (ea ſcilicet omnia reliquiſſe Chri-
ſtum Eccleſiæ ſuæ rectoribus) in hac de fi-
nibus quęſtione multò liberalior pleriſq́;
Theologis aliis, iuri Pōtificio finē tribuit
vltimū, ipſam beatitudinē ſempiternam;
quantumlibet Canoniſtas alioqui paulò
mordaciùs interdū repręhendat. propoſi-
tis enim duabus legis naturalis atq; diui-
næ differentiis, priore, quòd lex diuina ſit
ex reuelatione, naturalis ex dictamine ra-
tionis, poſteriorē ſic explicat; Secūda dif-
ferentia legis diuinæ ad naturalē, inquit [b],
eſt, quòd lex diuina principaliter finē ſpi-
ritualē reſpiciat, lex naturalis naturalē. hu-
mana verò lex, poteſt ad vtrūq; dirigere;

[a] *Gerſon in libello de vita ſpirituali animæ lect. 2. Coroll. 7.*

[b] *Gerſon d. lib. lect. 2. Corol. 5. §. Secūda differentia.*

" propter diſtinctionē quę dicta eſt in ter-
" tio Corollario de Canonibus ſummorū
" Pontificum, quorum aliqui ſunt purè hu-
" mani, reſpiciunt tamen immediatè finem
" ſupernaturalem beatitudinis ſempiternę.
ſic ille. docuerat autem in Corollario illo tertio, cuius hic meminit, leges Eccleſiaſticas partim eſſe ſpirituales vel diuinas, quamuis impropriè, partim purè ciuiles & humanas: omnium tamen ex æquo legum Eccleſiaſticarum quātumlibet ad res externas quoque pertinentium finem ſtatuit beatitudinem ſempiternam. quę ſententia plurimorum eſt Interpp. noſtrorū; quos inter verboſiſſimus eſt hac in parte Ioannes [a] Turrecremataeus. At, opinio noſtra legi diuinę videtur deferre plus, atque fauere magis, & quod ipſius eſt proprium ſibi relinquere; nec tamen Eccleſiaſticæ legi ſuus per hāc opinionem noſtram deerit finis vltimus verè ſpiritualis & ſupernaturalis, qui nihilominus Corpori politico non in æternum duraturo congruentiſſimus eſt: vbi contrà, finis Eccleſiaſticę legis per hoſce Doctores poſteriores nobis promiſſus omnino confundit finem legis diuinę cum hoc ipſorū fine quem volunt eſſe legis Eccleſiaſticę. Quę confuſio non aliūde naſcitur quàm ex non animaduerſa conſideratione illa ſumptionis Eccleſię pro Corpore politico, & ſumptionis Eccleſię pro ſponſa Chriſti. Certè duplex illa militātis Eccleſiæ

37 Auctoris opinio de fine iuris Pont. quomodo differat ab opinionibus aliorum.

[a] Ioan. de Turrecremata in Decretū Gratiani in proœmio ſuo. nu 3.

ſiæ conſideratio, iam ſuperiùs mediocriter explicata, plurimum rebus his commodè diſtinguendis & veris finibus regundis adfert luminis.

Legiſlator ipſemet Eccleſiaſticus animarum ſe ſaluti cõſulere paſſim dictitat, nulla prorſus Eccleſiaſticę legiſlationis parte (ſicuti liquet intuẽtibus) excepta. primò, ne conquirendis decreti Gratianæi teſtimoniis huc pertinentibus immoremur, in vniuerſum de poteſtatis Eccleſiaſticæ ciuiliſque diſcrimine ſic ait Gratianus, nõ quidem legiſlator ipſemet, ſed ab Eccleſiaſticis legumlatoribus in Eccleſia Chriſti probatus. duæ ſunt, inquit [a], perſonæ quibus mundus iſte regitur; regalis videlicet, & ſacerdotalis. ſicut Reges præſunt in cauſis ſeculi, ita ſacerdotes in cauſa Dei. Regum eſt corporalem irrogare pœnam, ſacerdotum ſpiritualem inferre vindictã. Dauid ergo etſi ex Regali vnctione ſacerdotibus & Prophetis pręerat in cauſis ſeculi, tamen ſuberat eis in cauſa Dei: vnde Reges à Prophetis & ſacerdotibus vngebantur & eorum oblatione peccata Regum expiabãtur, &c. pauculis aliquot exemplis admodum illuſtribus, ad Eccleſiaſticam in ipſos Principes poteſtatem probandam, ſimul inſertis. ac mox deinceps ita ſubiungit; Sicut enim non ſine ratione iudex gladium portat, ita non ſine cauſa claues Eccleſiæ ſacerdotes accipiũt; ille portat gladium an vindictam male-

38 Teſtimonia legiſlationis Eccleſiaſticæ multiplicia de vero ſuo fine.

39 Ex Decreto Gratianæo.

40 Poteſtatis vtriuſque, temporalis & ſpiritualis, diſcrimina.

41 Gladius Regũ, Claues Eccleſiæ.

[a] c. nos ſi competẽter. § ſed notãdum eſt. 2. q. 7.

 facto-

» factorum, laudem verò bonorum, iſti
» habent claues ad excluſionem excom-
» municandorum, & reconciliationem
» pœnitentium. Quinimmò Nicolaus primus [a], Pontifex optimus atque doctiſſimus, Michaëlem Imperatorem Conſtantinopolitanum docet inſigniter ingens illud inter Eccleſiaſticam poteſtatem & Imperatoriam poteſtatem diſcrimen; adeo vt & ipſos Imperatores Chriſtianos pro æterna vita dicat indigere Pontificibus. per hoc ſatis indicans, Eccleſiæ pro ſuo fine vltimo propoſitam eſſe vitam æternam. quod licèt pleríque referant ad Eccleſiam vt ac tanquam politiam quandam ſpiritualem, nos tamen haud illubenter id Eccleſiæ non vt politiæ ſed vt ſponſæ Chriſti potiùs accommodauimus, vt clariùs eluceret legis diuinæ & legis Eccleſiaſticæ diſcrimen. ſummus enim Pontifex non ſolùm vt legiſlator ſeu gubernator ſeu rector Eccleſiaſticæ politiæ, verumetiam vt paſtor animarum, vniuerſali ſemper Eccleſiæ præſidet. Deinde finis vltimus Eccleſiaſticæ politiæ nihil aliud eſt re vera quàm vel præparatio quædam vel adminiculum finis illius vltimi quem ſibi Eccleſia tanquam ſponſa Chriſti ſemper habet propoſitum: nam vbi finis vltimus Eccleſiaſticæ politiæ deſinit, ibi finis Eccleſiæ tanquam ſponſæ Chriſti demum incipit; cùm poſt vitam Chriſtianis

[a] c. cùm ad verum ventum eſt. diſt. 96.

42 Pōtifex bifariam cōſideratus, et vt legiſlator & vt Paſtor.

43 Vbi finis vltimus Eccleſiaſticæ politiæ deſinit, ibi finis Eccleſiæ tanquam ſpōſę Chriſti incipit.

ſtianis dignam ſempiterna ſalus omnino ſit ſperanda. non abſimili ratione vulgus eruditorum dicere ſolet, vbi Phyſicus deſinit ibi Medicus incipit. arctiſſimo nimirum quaſi neceſſitudinis cuiuſdam vinculo lex diuina & lex Eccleſiaſtica coniunctæ ſunt, tanquam circa Corpus vnum idemque, videlicet Eccleſiam, verſantes, & animarum ſaluti conſulentes, ac mutuam ſemper hic operam nauantes; inſtar vel Regis vel Reginæ, vel patrisfamilias & matrisfamilias, domui ſuæ ſedulò ſuperintendentium atque proſpicientium, quantumlibet aliter ac aliter.

44 Legis diuinę cum Eccleſiaſtica coniūctio.

*ſcilicet alterius ſic*
*Altera poſcit opem res & coniurat amicè.*

Quo fit vt mirum non ſit ſi finis vltimus alterutrius interdum promiſcuè ſumatur, & alter alterius frequenter vice fungatur. Ita quoque Gelaſius Papa primus Anaſtaſium Imperatorem ſuæ monet functionis atque ſtationis propriæ, tanquam non Eccleſiaſticis imperantem ſed ab Eccleſiaſticis pendentem: quippe „ cùm videas, inquit a, Regū colla & Prin„ cipum, ſubmitti genibus ſacerdotum; & „ oſculata eorum dextera, orationibus eo„ rum credant ſe communiri. Sic & Ioannes Pontifex integerrimus apud eundem Gratianum, Si Catholicus eſt Imperator, inquit b, filius eſt non Pręſul Eccleſię: „ quod

45 Promiſcua finiū ſumptio vnde.

a cap. duo ſunt. diſt. 96.

46 Functiones vtriuſq; poteſtatis diſtinguūtur.

b c. ſi Imperator. diſt. 96.

» quod ad religionem competit, diſcere ei
» conuenit nõ docere: habet priuilegia ſuæ
» poteſtatis, quæ adminiſtrandis legibus
» publicis diuinitùs conſecutus eſt; & eius
» beneficiis non ingratus cõtra diſpoſitio-
» nem cœleſtis ordinis nil vſurpet: ad ſacer-
» dotes enim Deus voluit quæ Eccleſiæ di-
» ſponẽda ſunt pertinere, non ad ſeculi po-
» teſtates; quas, ſi fideles ſunt, Eccleſiæ ſuæ
» ſacerdotibus voluit eſſe ſubiectas. En vt paſſim poteſtas Eccleſiaſtica ſolas ad animas atque ſpiritum vel ſpiritualia, non ad vel terrena vel mundana vel ſecularia refertur. quid miri? ſanè Spiritus ipſe ſanctus, cuius inſtinctu ac dono, nutu & gratia, Canones editi ſunt, vt ipſe Diuus loquitur Damaſus [a], vel inſpirante quo Canones conditi ſunt ac totius mundi reuerentia conſecrati, ſicut ait ſanctus Leo [b] PP. primus, nõ poteſt non ſpiritualia ſuique ſimilia ſpirare. quamobrem non immeritò Damaſus [c] idem ſcribit, eos non incongruè videri blaſphemare Spiritum ſanctum, qui contra ſacros Canones aliquid aut proteruè agunt aut loqui preſumunt aut id facere volentibus conſentiunt: verbis mox vſus hiſce, talis enim
» præſumptio manifeſtè vnum genus eſt
» blaſphemantium Spiritũ ſanctum. Quod ne quis putet de generaliũ duntaxat Conciliorum decretis eſſe ſumendum, non vno [d] loco de quibuſlibet aliis iuſtis Põtificum cõſtitutionibus atque decretis ita loqui-

47 Canones inſtinctu ſancti Spiritus editi.

48 S. Spiritum quinã blaſphement.

a *c. violatores Canonũ. 25. q. 1.*

b *c. igitur. 25. q. 2.*

c *d. c. violatores.*

d *cap. nulli fas eſt. diſt. 19. c. 1. diſt. 22. c. generali. 25 q. 1. c. ſi quis dogmata. 25. q. 2. & alibi frequenter.*

loquitur Eccleſiaſticum ius hoc, vt eo-
rundem decretorum tráſgreſſores & vio-
latores & cõtemptores anathemati pro-
nunciet eſſe ſubdendos, & quidẽ ſubinde 49
tanquam hæreticos a. Iam vt ad reliqua
legiſlationis Eccleſiaſticæ volumina pro-
peremus, vacante vel Epiſcopali vel Ab-
batiali ſede, cauetur Eccleſiaſtica lege per
Concilium Lateranenſe b ſub Innocen-
tio tertio celebratum ſancita, ne Præſulis
electio differatur vltra tres menſes. cauſa
„ finalis additur hæc, vt occurratur pericu-
„ lis animarum, & Eccleſiarum indemnita-
„ tibus prouideatur. En tibi rurſus animarũ
in hac vita ſalutem legiſlatori Eccleſiaſti-
co pro fine propoſitam. Sic Innocentius
idem tertius, cùm vel Iſaacium vel Alexiũ
Imperatorem Conſtãtinopolitanum ad
Hieroſolymitanæ terræ ſubſidium inui-
taſſet, paternéq; ſimul redarguiſſet quòd
Patriarcham Conſtãtinopolitanum per- 50
miſiſſet humiliori ſedere loco quàm ſe-
metipſum, iuxta ſcabellum ſcilicet pedũ
ſuorum, rationem c ſui facti reddidit hãc;
„ Non negamus quin præcedat Imperator
„ in temporalibus illos duntaxat qui ab eo
„ ſuſcipiũt temporalia: ſed Pontifex in ſpi-
„ ritualibus antecellit; quæ tantò ſunt tem-
„ poralibus digniora, quantò anima præ-
„ fertur corpori. deinde paulò pòſt; potuiſ-
„ ſes autem prærogatiuam ſacerdotij ex eo
„ potiùs intelligere, quod dictum eſt non
„ à quolibet ſed à Deo, non Regi ſed ſacer-
doti,

*Ex Decretalibus.*

*Poteſtatis vtriuſq; diſtinctio ſuis finibus.*

a *vide gloſſam & DD. in d. cap. nulli fas eſt.*

b *c. ne pro defectu. 41. de elect.*

c *cap. ſolitæ benignitatis. de maiorit. & obed.*

» doti, non de Regia ſtirpe ſed de ſacerdo-
» tali proſapia deſcendenti, de ſacerdotibus
» videlicet qui erant in Anathot, *Ecce* [a] *con-* [a] Hieremiæ 1.
» *ſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas &*
» *diſſipes, ædifices & plantes.* Præterea noſſe
» debueras, quòd fecit Deus duo magna [b] [b] Geneſis 1.
» luminaria in firmamento cœli, luminare
» maius vt præeſſet diei, & luminare minus
» vt prçeeſſet nocti: vtrumque magnum, ſed
» alterum maius. ad firmamentū igitur cœ-
» li, hoc eſt vniuerſalis Eccleſiæ, fecit Deus
» duo magna luminaria, id eſt, duas inſtituit
» dignitates; quę ſunt, Pontificalis authori-
» tas & Regalis poteſtas: ſed illa quæ prçeeſt
» diebus, id eſt, ſpiritualibus, maior eſt; quæ
» verò carnalibus, minor; vt quanta eſt in-
» ter Solem & Lunam, tanta inter Pontifi-
» ces & Reges differentia cognoſcatur. ac
» paulò pòſt. nobis autem in B. Petro ſunt
» oues Chriſti commiſſæ, dicente Domino
» *Paſce* [c] *oues meas*; non diſtinguens inter [c] Ioann. vlt.
» has oues & alias, vt alienū à ſuo demon-
» ſtraret ouili qui Petrum & ſucceſſores ip-
» ſius magiſtros non recognoſceret & Pa-
» ſtores: vt illud tāquam notiſſimum omit-
» tamus quod Dominus dixit ad Petrū &
» in Petro dixit ad ſucceſſores ipſius, *Quod-*
» *cunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum &*
» *in cœlis*, &c. nihil excipiens qui dixit *quod-*
*cunque*. Quo rurſum loco præter cætera
(totam ac vniuerſam tum politiā tum le-
giſlationem Eccleſiaſticam verè ſpiritua-
lem eſſe & ad animas pertinere demon-
ſtrantia)

ſtrantia) non inſubtiliter obſeruabis obiter, ſummos Põtifices & pro Magiſtris eſſe recognoſcẽdos & pro Paſtoribus; Magiſtri nẽpe ſunt, quatenus Eccleſiã Chriſti tanquã Corpus politicũ regunt et gubernant & legibus in hac vita ſanctiſſimis & ad mores Chriſtianos, id eſt, verè ſpirituales pertinẽtibus inſtruunt; Paſtores verò, quatenus eidem Eccleſiæ tanquã Chriſti ſpõſæ præſunt & animas vnà cũ ſuis corporibus in æternã dirigunt beatitudinẽ.

51 Summus Pontifex & Magiſter & Paſtor.

Sic Innocẽtius idem 3 poſt Regis Angliҿ querelas apud ſe depoſitas de ruptis per Franciæ Regẽ pacis fœderibus violatoq; iureiurando, iudicẽ ſeſe ſuóſve legatos ex diuinæ legis authoritate declarauit huius inter eoſdẽ Reges cõtrouerſiҿ; reddita ratione potiſſimũ hac [a] apud Archiepiſcopos & Epiſcopos & alios Eccleſiarũ Prҿlatos per Frãciam cõſtitutos, quòd Eccleſiaſticæ ſit ſuæ poteſtatis & iuriſdictionis de quocunque mortali peccato corripere quemlibet Chriſtianũ; qui ſi correctionẽ contempſerit per diſtrictionẽ Eccleſiaſticam coarceatur.

52 Põtifex Regũ iudex.

a c. nouit. verſ. non enim intendimus. & verſ. cùm enim non humanæ conſtitutionis, de iudic.

Sic Innocẽtius hic idẽ in eodẽ Cõcilio generali Laterano ſanctione cõtra iuris [b] Ciuilis rigorẽ promulgata, de reſtituẽda cuiq; ſpoliato re ſibi violẽter extorta vel inuaſa, per eũ quoq; qui nõ ſpoliauit ipſe quidem ſed à ſpoliatore ſciens ac prudẽs recepit, rationem reddit hãc [c], quòd non multũ interſit, quoad periculũ animҿ, iniuſtè detinere, ac inuadere alie-

53 Spoliatus etiam reſtituendus per illum qui non ſpoliauit.

b l. cùm à te. π. de vi & vi armata.

c c. ſæpe contingit. de reſtit. ſpoliat.

alienum; quocirca reſtitutioni ſpoliationis locũ nihilominus fore, nec opus eſſe dominij probatione. Sic Gregorius PP. 3, vel vt alij Codices habent 8, vel vt alij nonus, dum [a] conſtitueret vt Creditores qui ſibi per ſuos debitores curant vſuras promitti ſub iuramento, cogãtur per cenſuras Eccleſiaſticas tale iuramentum relaxare, rationem reddit hanc (vt in antiquioribus et plenioribus eſt editionibus) quòd huiuſmodi iuramenta vergant in manifeſtum periculũ animarum, & quòd per huiuſmodi conſtitutionem ſaluti voluerit proſpicere Creditorum. Vice verſa, iuſiurandum iuſtè præſtitum per vxores de non contraueniendo rerum dotalium vel propter nuptias donatarũ alienationibus per maritos interdũ factis, omnino vult obſeruari [b] Pontifex, quantumlibet iura Ciuilia talem conſenſum vxoriũ nolint [c] eſſe obligatorium. ratio talium iuramentorum ab vxoribus omnino ſeruandorum ſubditur hæc, quòd in alterius præiudicium talia iuramenta non redundent, nec obſeruata vergant in diſpẽdium ſalutis æternæ. Salus igitur animarum legiſlatori Eccleſiaſtico ſemper eſt propoſita. Rurſus cùm lex Eccleſiaſtica [d] fieret vt nulla valeret præſcriptio, ſiue Canonica ſiue Ciuilis, abſque bona fide, ratio nõ alia reddebatur quàm quòd quidquid nõ eſt ex fide peccatũ ſit, ideoque generaliter omni conſtitutioni atque conſuetudini

dero-

54 Iuſiurandũ de ſoluẽdis vſuris relaxandum.

55 Iuſiurandũ ſuper alienatione rerum dotalium, &c.

56 Bonæ fidei perpetuitas in præſcriptionibus.

a c. 1. de iureiurando.

b c. cùm contingat. de iuretur. cui reſpondet c. licet. de iuretur. in 6.

c l. lex Iulia. et toto tit. π. de fund. dot. & auth. ſiue à me. C. ad SC. Velleian. quæ eſt Nou. 50. §. illud quoque.

d c. vlt. de præſcript.

derogandum quæ abſque mortali pecca-
to non poteſt obſeruari. vides vt ſemper
legiſlator Eccleſiaſticus intuetur animæ
ſalutem, quæ nulla poteſt eſſe quamdiu
mortalibus peccatis oneratur conſciẽtia. 57
De decimis item in ſignum & prẹrogati- *Decimarũ ſolutio.*
uam & recognitionem generalis & vni-
uerſalis dominij penes Dominum Deum
conſtituti ſoluendis cùm lex fieret [a] Ec-
cleſiaſtica, pro cauſa finali ſimul addeba-
tur hoc, vt & Eccleſiarum diſpendiis &
animarum periculis obuiaretur. Pari mo-
do ſublatis [b] per Concilium generale La-
teranũ prohibitionibus de matrimoniis
in ſecundo vel tertio affinitatis genere nõ
contrahendis, ratio reddebatur hẹc quòd
prohibitiones iſtẹ difficultatem frequen-
ter inducerent & aliquandò periculũ pa-
rerent animarum. Quidnam verò ſit & 58
quale ſit illud ſecundũ & tertium genus *Secundum tertiumq́; genus affinitatis.*
affinitatis alibi [c] ſatis dilucidè fuimus in-
terpretati. Sic Alexander PP. 3 cùm con-
ſtituiſſet vt incendiarij templorum, ſi pœ-
nituerint ante mortem, ſepultura nõ pri- 59
uentur Eccleſiaſtica, ſic tamen vt heredes *Ex delictis defunctorũ quatenus teneantur heredes.*
illorum condignè ſatisfaciant pro defun-
ctis iuxta ſuas facultates, rationem [d] red-
didit hanc vt ſic incẽdiarij tales à peccato
valeãt liberari. quale quid & Gregorius 9
de quibuſlibet aliis criminum perpetra-
toribus, vt homicidis, Clericorum percuſ-
ſoribus, Eccleſiarum violatoribus, ince-
ſtuoſis, & ſimilibus, etiam excommunica-

[a] *c. cùm non ſit in homine. de decimis.*

[b] *c. non debet repræhenſibile iudicari. de conſang. & affinit.*

[c] *in paratitlis decretalium. rubr. de conſang. et affin.*

[d] *c. in literis. de raptorib. incend. & violat. Eccleſ.*

tis, at ante mortem pœnitentibus & poſt ſacramentalem confeſſionem abſolutis, conſtituit[a]; licèt hanc rationem non tam clarè ſubiecerit, vt qui tantùm iuſſerit vt heredes ad quos bona facinoroſorum huiuſmodi hominum peruenerunt pro iiſdem ſatisfaciát. quanquam ſatisfactio talis nõ peſſimè de ſatisfactione ſacramentali ſumitur, vt videlicet à ſuis peccatis homines iſti liberentur. Qua rurſus ex re diſcrimen apparet ingẽs inter ius hoc Eccleſiaſticum ſeu Pontificium & Ciuile; quandoquidem iure[b] Ciuili non tenẽtur heredes ex delictis defunctorum, niſi lis cum defunctis antea fuerit conteſtata vel alioqui quid ad heredes ex delicto defunctorum peruenerit: cùm tamen iure Pontificio teneantur etiamſi nihil ad eos ex defunctorum delicto peruenerit. qua in re legem Ciuilem iuſtiſſimè correxit lex Eccleſiaſtica, propter hũc ſolum ſibi ſemper propoſitum ſalutis animarũ ſeu conſcientiæ puræ vel à peccatis liberæ finem. Quod ita tamen intellige, ſi defunctus vel expreſsè vel tacitè iuſſerit ſatisfactionem fieri; ſicut & exiſtimandus eſt iuſſiſſe ſi ſacramẽtalem impetrauerit abſolutionem: vt ſic heredes eius ex hac vel iuſſione vel cautione per confeſſarium exacta magis teneri videantur, quàm ex ipſo delicto. quemadmodum poſt longam hac de re diſputationem Panormitanus[c] tandem concludit, alioquin hominibus huiuſmodi cri-

a *c. vlt. de ſepult.*

b *l. vnic. Cod. ex delict. defunc. in quãtum hered. conuen. l. pupillũ. 111. in fin. π. de reg. iur. § penult. Inſtit. de perpet. & tẽpor. actionib. & quæ ad hered. & in hered. tranſeunt. & alibi frequẽter.*

c *Panorm. in d. c. vlt. de ſepult. num. 6. ſub fin.*

di criminoſis abſque pœnitentiæ ſacramento moriētibus, nihil hac in parte diſcriminis eſſe ratus inter Pontificium ius & Ciuile. Quæ ſententia mihi non omnino diſplicet, ne fiat heredibus iniuria; cùm regulariter accuſatio criminum non inchoata contra viuentem ſoleat [a] extingui morte. Semper illud eſt & manet veriſſimum, propter animarum ſalutem vel ad abolenda peccata ius hoc ſingulariter aduerſus delinquentium heredes inductū fuiſſe. Quoad reparationem certè damnorum per defunctos homines facinoroſos illatorum, ſiue per incendia ſiue qualibet alia ratione, putat Couarruuias [b] veriùs poſſe dici nihil eſſe diſcriminis inter Pontificium ius & Ciuile; nam eatenus per ius etiam Ciuile teneri defunctorum heredes quantumlibet nihil ad eos ex illis delictis peruenerit neque lis cum defunctis conteſtata priùs fuerit, ſecutus in ea re Molinæum [c] qui primus id nouè ſenſerit, argumentis aliquot haud improbabilibus [d] omnino ductus. At cætera proſequamur teſtimonia Decretaliū quibus hic vltimus Eccleſiaſticarū legum finis, animarum videlicet ſalus, probetur. Alexander idem tertius cùm diſſuaderet contractum venditionis, tanquam de vitio vſurario vehemēter ſuſpectum, quo propter ſolutionis dilationem pluris venduntur merces quàm nunc valeant venditionis tempore, pro diſſuaſionis huius

60
Propter ſolutionis dilationem pluris an vendere liceat.

a
*c. quorūdam. diſt. 23.*

b
*Couarr lib. 3. variar. reſol. cap. 3. num. 7. ſub finem.*

c
*Molinæus in additionibus ad Decium in d. l. pupillum. §. in heredes. ⁊. de reg. iur.*

d
*arg. §. his autē verbis. in ipſo fin. inſtit. de leg. Aquil. arg. l. ſi pro fure. in fi. ⁊. de cōdict. furt. & arg. §. vlt. inſtit. de obligat. quæ ex delic. naſc.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ratione ſolum peccatú propoſuit [a]; ideo- *a c. in ciuitate tua. de vſur.*
ꝗue ſaluti ſuæ bene cóſulturos illos qui à
tali contractu ceſſarét, cùm cogitationes
hominũ omnipotenti Deo nequeant oc-
cultari. dico, cùm diſſuaderet; quia non
ſimpliciter talem emptioné & venditio-
nem reprobauit, vt quæ concurrentibus
circunſtantiis duabus poſſit eſſe iuſta; ni-
mirum, ſi dubitetur an ſolutionis tempo-
re merces illę plus vel minus valiturę ſint,
& prætérea ſi venditor alioqui nunc eas
védere noluiſſet ſed in ſolutionis tempus
adſeruare, prout Gregorius [b] 9 reſcripſit. *b c. nauigantis vlt. de vſur.*
Illud præ cæteris hunc Eccleſiaſticarum
legum finem, ſalutẽ videlicet animarum,
ponit ob oculos euidentiſſimè, quòd in
eodem Concilio [c] generali Laterano cui *c c. cum infirmitas corporalis. de pœnit. & remiſſionib.*
61 Vt ęgrotos inducant medici ad animę medicos aduocãdos & ne peccãdi dent occaſionem. præfuit Innocẽtius ille 3, pręcipiatur me-
dicis omnibus, vt ægrotos ante omnia
moneant & inducant vt medicos aduo-
cent animarum: vt poſtquam fuerit infir-
mis de ſpirituali ſalute prouiſum, ad cor-
poralis medicinæ remediũ ſalubriùs pro-
cedatur, cùm cauſa ceſſante ceſſet effe-
ctus: infirmitaté enim corporalem ex pec-
cato nonnunquam prouenire. facta ſimul
medicis iiſdem prohibitione ſub anathe-
matis interminatione, ne quis eorum pro
corporali ſalute quidquã ſuadeat ægroto
quod in animæ periculum conuertatur.
62 Ex libro 6 Bonifaciano. Ex libro ſexto Bonifaciano teſtimoniis
idipſum quod de fine legum Eccleſiaſti-
carum vltimo dictum eſt pauculis pro-
bemus.

bemus. Bonifacius igitur 8 cùm legem
conderet Eccleſiaſticam, ne quis ignorãs
ligaretur ſententiis per ſtatuta quorumli-
bet Ordinariorum prolatis ( vt, exempli
gratia, ſi ſtatuto quopiam Epiſcopali pro-
hibitum fuerit ne quis arma ferat ſub ex-
communicationis ipſo vel iure vel facto
incurrendæ pœna ) rationem [a] præmiſit 63
hãc, *Vt animarum periculis obuietur.* inobe- Inobediens legi non temerè quis reputãdus.
dientiæ ſcilicet peccatũ conſcientias gra-
uiſſimè lædit & animas in præſentiſſimũ
conijcit æternæ damnationis periculum:
quare non temerè quis reputandus eſt in-
obediẽs legi vel ſtatuto niſi quis omnino
ſciens ac prudẽs eam vel id violauerit, ne
conſcientiis iniiciantur laquei. Sic dum 64
Bonifacius idem conſtitueret [b] vt pactum Pactũ filiæ iuratum, ſe ſola dote contentam fore.
à filia nuptura factum patri, iuramentóq;
confirmatum ( ſe nimirum dote ſua con-
tentam, nullũ ad bona paterna regreſſum
habituram ) omnino ſeruaretur, quãtum-
libet improbatum iure Ciuili [c], rationem
reddidit his verbis, *Cùm non vergat in æter-
næ ſalutis diſpendium nec redũdet in alterius
detrimentum.* Sic idẽ Bonifacius cùm ſub 65
cenſuris Eccleſiaſticis compeſcendos eſſe Cõpulſio Clericorũ per Laicos improba.
decerneret [d] iudices Laicos qui Clericos
aliquando cõpellunt ad ſoluenda debita,
quantumuis liquida, rationem indicauit
vno verbulo, *quòd hæc dãnabilis eſſet* iſto-
rum iudicum *præſumptio*: periculum vide-
licet animarũ intelligens, in quod iudices
iſti per huiuſmodi præſumptionem ſeſe

a c.2.de conſti-tut.lib.6.

b c. quãuis pa-ctum. 2. de pact. lib.6.

c l.pactum do-tali.C.de col-lat.

d cap.2.de foro compet.

66 Iuſiurandũ generale de ſeruãdis legibus vel ſtatutis quatenus obliget.

conijcerent. Rurſum, Nicolaus [a] PP. 3 cùm iuramenta de ſeruandis locorum vel Corporum vel Collegiorum ſtatutis generalia, declararet ad ea duntaxat extendi quæ ſunt licita, poſſibilia, & libertati Eccleſiaſticę non obuiantia, rationem inculcauit eandẽ, occaſionis peccandi vitandę, periculorum animabus ingruẽtium ſummo ſtudio declinandorum, ſalutis animarum procurãdæ, & offenſionis diuini numinis diligenter cauẽdæ. Bonifacius idem 8 iterum, cùm decerneret [b] iudices etiam ſeculares eſſe compellendos per cenſuras Eccleſiaſticas ad ſeruandum ius Canonicum de non contraueniẽdo per mulieres iuramentis à ſe pręſtitis in alienationibus dotium vel donationũ propter nuptias, pro tota ratione iuris illius animarũ ſeſe periculis obuiare prorſum velle proteſtatus atque profeſſus eſt. Ac licèt exceptionem rei per iudices Eccleſiaſticos iudicatæ Bonifacius idem velit [c] admitti per ſeculares iudices, eosque per Eccleſiaſticas ad id compelli cenſuras, ita ſcilicet vt viciſſim eandem exceptionẽ rei per iudices iudicatæ ſeculares admittant iudices Eccleſiaſtici, tamẽ poſteriori huic caſui verba ſubiecit hæc, *in iis quæ animarum periculum non inducunt*. quia nimirum talia quæ periculis animarũ ſunt obnoxia, per iudices Eccleſiaſticos ferenda non ſunt, quantumlibet exceptio rei per ſeculares iudices iudicatæ proponeretur. En vt omnibus in

67 Iuramenta mulierũ de non cõtraueniẽdo alienationibus in Laico etiã foro ſeruãda.

68 Exceptio rei iudicatę in vno foro quatenus admittatur in altero.

a c. 1. de iureiur. lib. 6.

b c. 2. de iureiur. lib. 6.

c c. vlt. in fi. de exceptionib. lib. 6.

bus in rebus, etiam vndè meréque temporalibus, Eccleſiaſticæ leges omnia referunt ad animarum ſalutem. Clariùs adhuc eluceſcit idipſum ex Clemētis PP. 3, aliàs 4 cõſtitutione[a], qua rectoribus Eccleſiarum parœcialium quarum patroni ſunt *Religioſi*, vult omnino per ordinarios locorum procurari tantum quantũ ſufficiat & ad Epiſcopalia iura ſoluēda & ad congruam eorundem rectorum ſuſtentationem & ad alia onera ipſis incumbentia commodè ſupportanda. quare? propter animarum pericula, quæ ſecutura dicit Põtifex niſi talibus populi rectoribus benè largiterq; de ſibi neceſſariis omnibus proſpiciatur. Idem Bonifacius cùm ſanciret[b] Eccleſiaſticam legē de ſepulturis, vt nimirum nulli vel Religioſi vel alij Clerici cuiuſcunque ſtatus aut cõditionis vllos homines inducãt ad eligendam apud ſe ſepulturam, adeò vt nec votorum nec iuramentorum ſuper electione tali pręſtitorũ ratio ducatur, pro ratione legis huius præfatur ſe periculis animarũ & ſcandalis quæ frequenter inde proueniũt obuiare velle. Viſitationũ deinceps Archiepiſcopaliũ iure diligenter cõſtituto, non ſolùm per vniuerſam ex æquo prouinciã, verùm etiã in vno ſubinde loco frequentiùs quàm alibi, prout nēpe locus ille plus aliis indiget viſitatione, rationem[c] reddit hãc, *ne animarũ profectus aliquatenus negligatur*. Innocentius itē 4 Eccleſiaſtica lege

[a] c. 1. de præb. lib. 6.

[b] c. 1. de ſepult. in 6.

[c] c. 1. §. ex quo tamē, de cenſib. exactionib. & procurationib.

69 Cõgrua paſtorũ à Religioſis pẽdentiũ portio.

70 Electio Sepulturę quatenus permiſſa.

71 Viſitationũ iteratio.

72 Aſſaſſinorum ſubornatores. ſaluberrima grauiter cōtra ſubornatores Aſſaſſinorū ſancita [a], ſalutis animarū frequenter inculcat mentionem. Poſtremò, quemadmodum Bonifacius paulò ſuperiùs in iudices Laicos volebat exerceri cēſuras Eccleſiaſticas, qui mulieres contra iuſiurandum ſuum venire paterentur, ne

73 Excōmunicati quatenus à foro repellē di. periculum crearetur [b] animabus, ita pari de cauſa cunctos iudices Laicos ab iudicibus Eccleſiaſticis per ſimiles cenſuras eſſe compellendos iam antea decreuerat Alexander 4, vt omnes excommunicatos & ab agendo & à patrocinando & à teſtifi-

74 Ex Clemētinis. cando repellerent [c]. Ita Clemēs 5 in Concilio Viennenſi cùm declararet [d], Impera-

75 Iuſiurandū Imperatoris Pōtifici præſtandū, fidelitatis eſſe & obedientiæ. toris iuramenta Pontificibus præſtari ſolita, non eſſe vulgaria, ſed fidelitatis & obedientiæ, quod Henricus Imperator 7 agnoſcere noluerat, re altiùs repetita, Chriſtum redemptorem noſtrum Caput Eccleſiæ Chriſtique Vicarium Pontificē, pro fundamento poteſtatis Eccleſiaſticæ ſeu ſpiritualis ob oculos poſuit; nec enim

76 Tranſlatio Imperij à Græcis in Germanos aliunde quàm ab Eccleſia Romana ſeu ſummis Pontificibus vt Chriſti Vicariis Imperium à Græcis in Germanos fuiſſe tranſlatum, certosque tandem Principes Electores inſtitutos. Eſt igitur ſpirituale ius hoc totum Pontificium ſeu Eccleſiaſticum, vt ac tanquam pertinens ad regnum Chriſti, quod non eſt de hoc mundo ſeu mundanum ſeu terrenum, ſed omnino vereque totum ſpirituale. Quod ipſum

a c. 1. de homicidio. lib. 6.

b d. c. 2. de iureiur. lib. 6.

c cap. decernimus. de ſent. excom. lib 6.

d Clem. vnic. in prin. de iureiur.

ipſum docet & eiuſdem Clementis 5 de-
claratio [a] nullitatis (quæ dicitur) ſentētiæ 77
priuationis per eundem Henricum latæ
contra Robertum Regem Siciliæ quaſi
criminis læſę Maieſtatis Imperatorię reū,
quantumlibet abſentem, & Imperatori
quoad ſuas ditiones principales minimè
ſubditum: nempe Pontificis eſſe, paſtora-
lis gerere curam ſolicitudinis erga cūctas
vniuerſi gregis Dominici (cuius ipſe Pa-
ſtor à Christo [b] conſtitutus eſt) ouiculas;
quarum propterea ſaluti neceſſariò de- 78
beat inuigilare. Præterea dum cūctos qui
Clericis extorquent vectigalia iuberet ab
Epiſcopis excommunicatos declarari do-
nec ſic vel extorta vel exacta reſtituerent,
atque de cætero ſatisfacerent, animarum
pericula reuocauit principaliter in me- 79
moriam [c] preſſitque. Beguardorum de-
nique Beguinarumque ſectam in regno
Germanico pullulantem dum reprime-
ret [d], animarum graue vehementer vrſit
ex iſta ſecta periculum, propter monſtro-
ſiſſimas, ibidem commemoratas, opinio-
nes, immò pertinaciſſimas aſſertiones 80
prorſus abominabiles. Ioannes item 22
cùm declararet, eos qui matrimoniū con-
traxerunt, quamuis non cōſummauerint, 81
per ordinis ſacri ſuſceptionem votique
caſtitatis emiſſionem à vinculo coniugali
minimè [e] liberari ſed cum coniugibus de-
gere cogēdos eſſe, nullo prorſus ordinis
illius exercitio ſibi vnquam permiſſo, ne

c v post

Marginal notes (right):
77 Tragœdia Henrici Imp. cum Roberto Siciliæ Rege.
78 Aduerſus extorquentes vectigalia Clericis.
79 Beguardorum & Beguinarum ſecta.
80 Ex Extrauagantibus Ioānis 22.
81 Ordinū ſacrorum ſuſceptio poſt matrimonium iam cōtractum.

Marginal notes (left):
a Clemēt. 2. de ſentent. & re iud. in princ. & in fin.
b Ioannis vlt.
c Clem. vlt. de cenſib. exact. & procurationib.
d Clem. vlt. §. Octauò. verſ. nonnullis etiā. de heret.
e c. vnic. de voto & voti redempt. in extrauagantib. Ioannis 22.

poſt ſolutum quidem ſemel morte matrimonium, animarum ſeſe periculis inde prouenientibus cupere ſalubriter prouidere præfabatur. Item ſecta Fratricellorũ

82 Bizochorũ ſecta.

ſeu Fratrum de paupere vita, ſeu Bizochorum, ſeu Beguinorum, per Italiam, Siciliam, Narbonenſem Toloſanãque prouinciam ſparſorum, prorſus improbata damnatáque (propterea quòd inter cæteros errores Eccleſiaſtica ſacramẽta deſpicerent) pro ratione talis damnationis præcipua dixit [a], in animarum perniciem redundare tãtam temeritatem.

83 Ex Extrauagantibus communibus.

Quinimmò rotundiſſimè Bonifacius 8 generaliter & in vniuerſum definiuit, Romano ſubeſſe Pontifici cũctis hominibus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis, vt ipſemet loquitur [b]; cuius quidem Pontificis poteſtas omnino ſit ſpiritualis, cui temporalis authoritas omnis iure ſubijciatur.

84 Romano Pontifici ſubeſſe, de ſalutis eſſe neceſſitate.

Iterum Ioannes 22 euocatis coram ſeſe monetariis, ad ſeſe intra ſpatium trimeſtre ſuper cuſa moneta falſa purgandos, peccatum & periculum animarum tali ex crimine naſcens vrget [c].

85 Monetarij.

Ad hæc Martinus 5 approbata reditũum emptione, venditores eoſdemque debitores ad annuam ſolutionem compellendos eſſe reſcripſit [d], eo quòd in animarum ſuarum periculum & emptorum præiudicium detineant reditus ita debitos.

86 Emptio redituum iure probata.

Denique de ſepulturis, confeſſionibus, & concionibus Dominicanorum Franciſcanorumque, cum Eccleſia-

87 Dominicanorum & Franciſcanorum priuilegia.

a c. vnic. de relig. domib. in extrauag. Ioannis 22.

b c. 1. in fin. de maiorit. & obed. in extrauag. communib.

c c. vnic. de dilationibus in extrauag. communib.

d c. 1. verſ. nulli. de emptione et vendit. in extrauag. communib.

cleſiarum parœcialium preſbyteris contendentium, legem conditurus Eccleſiaſticam Bonifacius 8, profectum cumprimis animarum ſibi fuiſſe cordi [a] teſtatur.

a c. 2. in princ. de ſepult. in exuag. cõm.

En tibi finem legis omnis Eccleſiaſticę demonſtratum ſatis plusq; ſatis ex omnibus omnino ſingulisque iuris Pontificij voluminibus, & quidem in omnibus pleriſque iuris vniuerſi materiis. neque tamẽ deſunt adhuc alia generis eiuſdem teſtimonia plurima, quibus vel conquirendis vel recitandis ocioſè tẽpus tereretur. Habent certè vel ex hiſce ſolis per nos hactenus allatis auidi diſcẽtes, vnde tum rationibus viuis ad acquieſcẽdum veritati permoueãtur ingenioſiores, tum quaſi digitorũ indicio dirigantur & inducantur hebetiores. Ex abundanti ſuperaddamus ipſummet vſum rerum, & experiẽtiam quæ ſtultorum dici ſolet magiſtra: docebit illa nos, in omnibus omnino & ſingulis Eccleſiaſtici fori litibus, tã paruis quàm magnis, tam pecuniariis quàm criminalibus, tã beneficialibus quàm matrimonialibus, tam de rebus omnino tẽporalibus quàm per ſeſe ſpiritualibus, clauſulã conceptionibus libellorũ quorumlibet inſeri præter cæteras vnam quæ finem ſpectet vltimum vniuerſæ tum iuriſdictionis tum legiſlationis Eccleſiaſticæ; nimirum hanc, vel aliam huic ſimilem, *quòd reus in anima ſuæ praeiudicium, periculum, perniciem, fecerit vel nõ fecerit hoc aut illud.* Cuius rei modò

88 Libellorũ omniũ fori Eccleſiaſtici clauſula quædã perpetua, finẽ iuris huius inculcans.

clarum

clarum ſatis exemplum vidimus [a] in recuſantibus exoluere reditus annuos à ſe debitos, vt & in largiter vtcũque tractandis parœciarum [b] Rectoribus, & in vectigalibus à Clero non [c] exigendis: quas tamen res omnes merè temporales eſſe liquet. exemplorum deniq; ſimilium plena ſunt omnia noſtris in libris [d], nec ignotus eſt vſus forenſis quem diximus. Et verò quid multũ laboramus in huius rei probatione? nónne totum forũ ſeu tribunal Eccleſiaſticum nominatur & eſt forũ ſpirituale? nónne curia vel Epiſcopalis vel Eccleſiaſtica nominatur & eſt curia ſpiritualis? nónne cuncta iudicia vel Epiſcopalia vel Eccleſiaſtica nominãtur & ſunt iudicia ſpiritualia? nónne tota iuriſdictio Eccleſiaſtica tendit ad homines emẽdandos & in vitam verè Chriſtianam reuocandos, quantumlibet crimino ſos & ſceleratos, adeò vt nulla prorſus infligatur pœna mortis vnquam per leges Eccleſiaſticas, nec ipſamet excommunicatio quidem ſit aliud quàm vera quædam animarum quaſi ægrotãtium ſaluberrima [e] medicina? de quã quidem tam præclara medicina totáque eius prudenter factitandę vel exercendæ ratione cumprimis inſpiciendus eſt Concilij [f] Tridentini locus quidam pulcherrimus, vnà cum Ioanne [g] Roffenſi contra Lutherum; non inutiliter ſimul adhibito [h] Couarruuia. Præter hæc omnia, vide, perpende, conſidera &

explora

89 Forum Eccleſiaſticũ eſt forum ſpirituale.

90 Mortis cur nulla pœna iure Pont.

91 Excõmunicatio medicina.

a d. cap. 1. d[e] empt. et vid[e] in extrauag[.] commumb.

b d. cap. 1. d[e] præb. lib. 6.

c d. Clem. vlt. de cẽſ. exact. & procur.

d c. cùm non ſ[it] in homine. c. ex trãſmiſſa. de decimu. c. vnic. verſ. n[am] itaque tãm de dilat. i[n] ex̃uag. communibus. & alibi paſſim.

e c. 1. de ſent. excomm. ſuſpenſ. et interdicti. lib. 6.

f Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. reform. 3.

g Roffenſ. art. 2. contra Lutherum.

h Couarr. ad c. alma mater. de ſen. excom. lib. 6. in prin.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

explora ſingulas etiam legum Eccleſiaſti- 92 Eccleſiaſticæ leges vnde deprōptæ.
carum formas & ſpecies; aut enim ex antiquorum Patrum, ſacræ ſcripturæ interpretum & Eccleſiæ Chriſtianæ Doctorũ diuinitus inſpiratorum, ſententiis per legumlatores Eccleſiaſticos (cùm per ſeſe 93 Sententiæ Patrum etiã Sanctorum nō habēt vim legis.
vim legis minimè habeant[a] ſententiæ tales, non magis quàm Reſponſa Prudentũ ſine Principum comprobationibus) conflatæ ſunt, aut ex Conciliorum ſacroſanctorum in Spiritu ſancto cōgregatorum decretis, aut ipſorum Pontificum ſummorum tãquam totius gregis Chriſtiani rectorum ſunt Oracula ſeu definitiones. Accipe nunc horum quodlibet; certè fatearis oportet, ad ſpiritus & animæ bonum referri ſingula; niſi vel officij vel muneris Chriſtiani totius vel functionis vniuerſæ Pontificalis id eſt Eccleſiaſticę fundamenta ſubuertere volueris, politia ſpirituali ſacrilegè per impiiſſimas meta- 94 Legiſlationis Eccleſiaſticę fundamenta.
morphoſes neſcio quas in profanam ſeu prorſus mundanam transformata. Quid? an ignoramus, ex veteris & noui Teſtamenti (ſicut in ſynodo generali Laterana ſub Innocentio 3 celebrata ſanctus dictabat [b] Spiritus) authoritatibus Canonicas 95 Ius Canonicũ diuino coheret.
proceſſiſſe ſanctiones? rectiſſimè Paulus Burgenſis, ius Canonicum diuino adhæret, inquit [c], & eius veſtigia ſequitur.

Ex hoc igitur fonte diuerſitatis finium 96 Fōs diſcriminum inter vtrumque ius.
iuris Pontificalis & Ciuilis profluunt omnia quæcunque demũ ſint inter vtrumque

a *c. de libellis. diſt. 20.*

b *c. qualiter & quãdo. 24. de accuſation b. iuncto c. 1. de trãſl. Epiſcopi.*

c *Burgenſ. in c. 19. Matthei.*

que ius diſcrimina. Quid enim? Sola naturalis ratio cùm ſit imbecillis in hominibus, non eſt mirũ ſi leges Ciuiles interdum non ſint ita iuſtæ ſicut vita Chriſtianis digna poſtulat; vnde nonnulla frequenter indigent caſtigatione per Eccleſiaſticum legiſlatorem quaſi quendã Ariſtarchum vel potiùs optimum quendam lepóre [a] Platonico ſagittarium qui ſcopum ſibi propoſitum feliciùs & certiùs tangat quàm ſagittarius aliquis ineptior & imperitior. Dicebat [b] Ariſtoteles, & rectiſſimè dicebat, à fine frequenter aberrari, neque ſemper eum rectè poni. quod vel maximè contingit in legibus ferendis; quarum ſemper tanta fuit diuerſitas apud gentes diuerſas, vt monſtrorum ferè ſint inſtar: aliis aliud vel pulchrum vel honeſtum ducentibus. ac licèt Ethnicæ Romanorum leges præ aliorum populorum inſtitutis laudabiliſſimæ ſint, & ad æquitatem naturalẽ proximè ſemper accedant, habebat nihilominus vel Ethnicus homo Plutarchus [c] quod & in illis non immeritò fortaſſis repræhenderet vt ac tanquam ridiculis; velut in manumiſſionibus feſtucam, in teſtamentis venditionem per æs & libram: plurimis plurimorum legibus aliorum populorum in riſum ludibriumque propinatis. Tale nihil in Eccleſiaſtica legiſlatione; nimirum quę ſublimioribus & altioribus nixa fundamentis, diuini verbi cenſetur origine deri-

97 Cur leges Ciuiles adeo ſint imperfectæ.

98 A fine frequenter aberrari.

99 Legum ciuiliũ diuerſitas vnde.

100 Leges Romanorum Plutarcho viſę ridiculæ.

101 Ius Pontificium cur perfectius.

a Plato d. dial. 11. de legib.

b Ariſt. lib. 7. polit. cap. 13.

c Plutar. in libell. de tarda numinis vindicta.

[a] *d. c. qualiter et quãdo. 24. de accuſ.*

deriuationeque [a]. Quod quidem verbum diuinum quia non humana ſolaque naturali ratione compræhenſum ſed patefactione ſeu reuelatione diuini Numinis apertum nobis fuit per ſolam Dei Opt. Max. benignitatem & in humanum genus amorem, nihil omnino poteſt admixtum habere vel falſi vel inepti vel parum ſolidi; quemadmodum neque leges Eccleſiaſticæ ſeu Pontificales inde ſemper omnes deriuatæ. Diuus Chryſoſtomus interpretatus illud Chriſti ſuos ad 102

Apoſtolos *Vos eſtis ſal terræ*, dicit [b] Chriſtum oſtendere, omnium hominum infatuatam eſſe naturã & putrefactam à peccatis; ideoque per Apoſtolos, & eorum ſucceſſores, verbi diuini ſale perfricandam eſſe; legibus nempe datis perfectioribus atque ſanctioribus.

[b] *Chryſoſtom. Homil. 15. in Matthæum.*

Sal terræ quo ſenſu dicti Apoſtoli Chryſoſtomo.

## CAPVT SECVNDVM

*Quo leges illæ Ciuiles recenſentur quæ principaliter per Eccleſiaſticas caſtigantur & emendantur; Argumenta Garciæ de vno eodemq́ iuris vtriuſque fine refelluntur atque ſoluuntur; Quæſtiones quædam graues & elegantes hinc dependentes breuiter tractantur.* 103

Partitio dicendorum deinceps.

REſtat vt breuiter anquiramus in leges illas Ciuiles quæ ſanctioribus quibuſdam iuris Eccleſiaſtici deciſionibus caſtigatoriis emendatæ ſeu quaſi limatæ 104

1. Leges Eccleſiaſticæ Ciuiliũ caſtigatoriæ.

105 matæ fuerint, præter illas quæ ſunt iam
2. Argumẽtorum his aduerſantiũ ſolutio. ſuperiùs propoſitæ: deinceps argumẽtis 2
reſponſuri quæ probabiliter aduerſus omnia hactenus diſputata poſſent obijci:
106 poſtremò denique quæſtiones 3 quaſdam
3. Quęſtionum quarundã hinc dependentiũ tractatio. graues & prægnantes & luculentas hinc dependentes easq́ue cumprimis oportunas excuſſuri.

107 De pactis igitur nudis omnium primò quæramus; ex quibus actionem lege Ciuili[a] non dari conſtat. cuius rei rationem
Pacta nuda ne iure quidem Canonico actionẽ producere. reddidimus hanc[b] alibi, quòd omnes penè gentes, non alias hominum conuẽtiones voluerint obligationũ neceſſitatibus alligari, quàm quæ commerciis humanis eſſent magis neceſſariæ; reliquis conuentionibus, vniuſcuiuſque religioni & quaſi verecũdiæ fideiq́ue ſpontaneæ prudenter cõmiſſis ac relictis: ne videlicet litibus nimiis res omnes humanę turbarentur & ſurſum ac deorſum voluerẽtur atque miſcerentur: cùm præſertim Iuliano[c] Iuriſconſulto tradente vel maximè pertineat ad Prætoris officiũ lites deminuere. Foret nempe nimis captioſum, propter verbulum fortè nõ tam cogitatò meditatoq́ue abs te prolatum, quàm ciuiliter ac vrbanè vel (vt cum interpretum vulgò loquar) curialiter tibi leuiter elapſum & ab alio confeſtim abreptum auidéque acceptatũ, prætendere, mox hinc hominem iſtum ſibi vincula iuris vel ius aliquod obligationis efficacioris quàm quæ naturalis dunta-

a l. iuris gen[tium] in fin prin. verb. nud[a] pactio. ff. de pact.

b in d. l. iu[ris] gentium.

c l. quidam. [ff.] ſi cert. pet.

duntaxat ſit æquitatis non vinculi ciuilis. Quid autem iure Pontificio? vulgus interpretum cõmuniter exiſtimat ex nudis etiam pactis actionem [a] dari; propter maiorem ſcilicet vitæ Chriſtianæ perfectionem (quàm ſit vita merè ciuilis vel Ethnica) nihil diſtinguentis inter verbum ſimplex & ſtipulationes vel etiam iuramenta quoad liberandam fidẽ ſemel datam, quaſi ſalus animæ periclitaretur niſi pacta quælibet & quantũuis nuda ſeruarentur. quam nos opinionem breuiter alibi refellimus [b]. nec enim ius Eccleſiaſticum captionibus indulgere putãdum eſt. neque verò periclitabitur hinc anima cuiuſquã quòd hominibus captioſis reſiſtat, ſed è contrario periclitaretur veriùs anima captioſorum iſtorum ſi vel deſideriis ipſorum ſatisfieret vel auiditati ſeu cupiditatibus indulgeretur. Attamen, quid ſi quis non leuiter ſed animo planè deliberato quid addicat cuipiam ſine cauſa prorſus vlla, citraque ſtipulationẽ vel aliam vllam contractus vllius vel nominati vel innominati formã? Pactio talis, donatio foret merè liberalis; quę vel Ciuili quoque iure ſaltem per Iuſtiniani cõſtitutionem [c] fuerit implẽda. Certè ſummus Pontifex vbi pacta præcipit [d] cuſtodiri (vel vniuerſi potiùs Concilij Carthaginiẽſis primi Patres) de publicis loquitur inter Epiſcopos pactionibus. immò totus ille tit. DE PACTIS in iure Põtificio de pactionibus

a *ex cap. 1. de pact.*

b *ad c. indicãte. de teſtam. num. 36.*

c *l. ſi quis argentũ. §. vlt. Cod. de donationib.*

d *d. c. 1. de pac.*

108 Cap. 1. de Pactis. de publicis agere pactionibus.

d loqui-

loquitur generaliſſimè ſumptis, & ob id etiam de ſtipulationibus. Iam quis neſcit pactiones huiuſmodi publicas diligentiſſimè religioſiſſiméque ſemper eſſe ſeruādas, etiam iure Ciuili [a]? quæ nimirùm fiūt per pacem, quoties inter ſe Duces belli quædam paciſcuntur. Quod autem Concilium illud Carthaginiēſe primum de talibus loquatur publicis inter Epiſcopos (qui Ducum ſunt inſtar in hac Eccleſiaſtica militia) pactionibus, nempe ſuper diœceſium ſuarum finibus & commoda plebis diuiſione diſtributionéque ſuas in parœcias, apertiſſimè liquet ex integro [b] fonte, qui ſic habet. Antigonus Epiſcopus Madurenſis dixit; grauem iniuriam patior, & credo dolere ſanctitatem veſtram contumeliam meam & computare communem iniuriam. Optatianus, cùm ſe repræſentaret, pactum mecum habuit, & diuiſimus plebes: manuſcriptiones noſtræ tenentur epittacia: Contra hoc pactum circuit plebes mihi attributas, & vſurpat populos, vt illum patrem, me vitricum nominent. Gratus Epiſcopus dixit; factum hoc dolendum eſt, vt in ſe illiceat populorum imperitorum animas; contra diſciplinam Eccleſiaſticam, contra Euangelicam traditionem, contra pacis placita. nam ſi ſibi id poſſe contingere arbitraretur, nunquam profectò in fratrem aliquis deliquiſſet. vnde aut inita pacta ſuam obtineāt firmitatem, aut conuentus,

a *l. conuenti[...] num. 5. ver[...] publica co[...] uentio eſt, [...] de pact.*

b *vide* Tom. *Concil.* ap[...] *Surium*, p[...] 379.

» uentus, ſi ſe non cohibuerit, Eccleſiaſti-
» cam ſentiat diſciplinam. Vniuerſi dixe-
» runt; PAX SERVETVR; PACTA
» CVSTODIANTVR. En quanti ſit momenti ſingulas leges Eccleſiaſticas ex ipſis haurire fontibus. vnde palam fit quàm ſit ineptum quod interpretes plerique noſtri colligunt ex iſto primo de pactis capitulo, pacta quantumcunque nuda eſſe ſeruanda, cùm propria genuinaque capituli illius (quod in fonte duodecimum eſt) inſcriptio ſit hæc: vt *pacta inter Epiſcopos inita cuſtodiantur*. Finium nempe regundorum vertebatur illic inter Epiſcopos controuerſia, turbante videlicet fines illos legitimè ſemel conſtitutos, in grauiſſimum Antigoni præiudicium, Optatiano. Mihi ſemper ſumma fuit religio, Pontificium ius vllum aliunde quàm ſuis ex fontibus interpretari, quam religionem ſucceſſoribus in hoc profeſſionis genere meis, atque adeò toti poſteritati, ſummè commendo.

109 Ius Pontificium ſuis è fontibus interpretãdum.

Confirmatur hæc etiam ſentẽtia per Gregorij noni reſcriptum [a] quo chirographi cautionem, niſi cauſa debiti fuerit expreſſa, non patitur debitori nocere niſi creditor aliter debitum probet. Et ſanè, ſi ne ſtipulatio quidem iure [b] Ciuili ſubſiſtat niſi cauſa promittendi ſubſit, ſed exceptione doli repellatur ſtipulator, quantò iuſtiùs pactio nuda carebit actionis rigore? Nec ad rem faciunt

a *c ſi cautio. de fid. inſtr.*

b *l. 2. § circa primam ſpeciẽ. ff. de dol. mal. & met. except.*

magnopere quæ Fortunius [a] Garcias & Couarruuias [b] adferunt de pactorum nudorum quaſi actionem producentium viribus; quandoquidem non ad nudas pertinent pactiones exempla quæ proferunt ipſi, ſed vel ad genera donationum iure ſimul Ciuili vires habentium, vel ad conductionis cóductionive ſimilem vel mãdati vel alium quemcumque cõtractum, vel ad pollicitationes [c] quaſdam pias. Minus adhuc facit ad rem ratio [d] dicti illius vulgaris, Deum inter ſimplicẽ loquelam & iuramentum non facere differentiam, ideoq́ue ex nudo etiam pacto actionem [e] competere: quia dictum illud, quod eſt Ioannis Chryſoſtomi, de ſolo prolatum fuit mendacio in quæſtione veritatis adſerendæ vitando, non in iureiurando tantùm ſed & in ſermone ſimplici; quandoquidem os quod mentitur occidit animam: non autem loquitur ibi Chryſoſtomus de ſermone contrahentium obligatorio vel nõ obligatorio, ſed aſſertorio (ſicuti modò dicebam) dũtaxat. nec vllo modo dici poteſt mentiri qui pactũ ſuum nudum ceu verbulum ſuum leuiuſculum non patitur in actionis vinculũ conuerti de quo minimè cogitauit ſed captionem longiſſimè credebat abfuturam. Peccat igitur non qui pactum tale non implet, ſed peccat qui pactũ tale ſibi vult & importunus & improbus & captioſus impleri. Certè capitula [f] illa duo in argumentum

110 Inter ſimplicem ſermonem & iuramẽtum nõ eſſe differẽtiam apud Deum, quo ſenſu dictũ fuerit.

a Fortun. Gar. in d. cap. 1 de pact. nu. 34.
b Couarr. in c quamuis pactũ, de pact. lib 6. 2. part. relect. §. 4 num. 14.
c vt c. 1. de donationib. & illic Hoſtien.
d c. iuramenti 22. q. 5.
e arg c. quicunque ſuffragio. 12. q. 2 et arg. c. qui Ioannes. 22 q. 5.
f d. c. quicunque ſuffragio. & d. c. quia libenter.

111 Reſpondetur argumẽtis aliis huc pertinentibus.

mentum allata non de nudis loquuntur pactis, at iuſtis de promiſſionibus, & iis quidem partim a remuneratoriis partim in cauſas [b] pias. Gregorij deniq; Magni [c] locus, quo plerique mouentur, de ſolennibus agit promiſſionibus non de pactis nudis, vt & vel ex ipſo promittẽdi verbo colligitur & pleniùs ex ipſo Gregorij [d] fonte perſpicitur. De cętero conſulendus eſt hac de re non inutiliter Felinus [e], quãtumlibet ſententiæ communis æſtu propter ſolam fontis illius Carthaginienſis ignorãtiam cum cæteris interpp. in deuia ſimul abreptus; & ex quo pręter Garciam ſua illa collegit exempla Couarruuias.

112 Deceptio infra vel in dimidium ſitne reſciſſioni per Põtificium ius obnoxia.

De deceptione (ſepoſitò tamen omni dolo) vel infra vel etiam in dimidiũ inter contrahentes quidnam dicemus? ecquid vt iure [f] Ciuili ſic re ipſa deceptis nõ ſuccurritur niſi deceptio fuerit vltra dimidium, ſic & Eccleſiaſtico ſeu Pontificio iure tolerabitur in dimidiũ deceptio, ſeu, quod idem eſt, in duplum? dicitur nempe deceptus in dimidium qui duplo minus recepit quàm dedit: nam qui duplo plus dedit quàm recepit, ille dimidium dumtaxat recepit eius quod dedit: ratione mathematica prorſus infallibili. Quid reſpõdendum de iure? Pontifex [g] quidem Gregorius 13 iam olim iuſſerat expungi gloſſam iuris Pontificij quę ponebat ex iure [h] Ciuili, licere contrahentibus inuicem circumuenire vel decipere; quæ licèt in editione

113 Deceptionem in dimidium & deceptionẽ in duplum, vnam eandemq; eſſe.

114 Licere cõtrahẽtibus inuicẽ circumuenire quo ſenſu dictum ſit, & quid hic ius Pont.

a d.c.quicũque ſuffragio.

b d.c.quia Ioãnes.

c c.qualiter.3. de pact.

d lib. 8. epiſt. 38.

e Felin. in d.c. 1.de pact.

f l.2. C. de reſcind. vendit.

g vide cẽſuram gloſſarũ iuris Pontificij à Gregorio 13. editã ad c. in ciuitate tua. 6. de vſur.

h l. in cauſæ. 16. §. idem Pomponius. π. de minorib. & l. item ſi précio. 22. §. vlt. π. locati.

 tione

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tione noui Corporis Canonici non prætermittatur, additione tamen marginali
„ repræhenditur his verbis, hoc lege Ciuili
„ permittitur ſed lege diuina nó licet. cæte-
„ rùm de hoc dicto vide plenè per B. Tho-
„ mam 2.2.quæſt.77.art.1.ad 1.arg. & Do-
„ minicum Sotú lib.6. de iuſt.& iur.quæſt.
„ 3.art.1.ad 1.arg. Certè ſi ſic decipiens omnino fuerit ignarus talis deceptionis quæ eſt in re ipſa, magis eſt vt ne iure quidem Pontificio, ſatis in hanc partem claro [a], ſuccurratur decepto niſi ſupra duplú deceptus fuerit, ne litibus indulgeatur: ſin decipiens ille gnarus fuerit huiuſmodi deceptionis, vtpote quia ſciebat rem quam florenis vendebat centum non eſſe pluris re vera quàm florenorum quinquaginta vel ſexaginta vel etiam ſeptuaginta, cùm id ipſum deceptus ignoraret, & benignius & verius eſſe videtur ſuccurri ſic decepto; contra nimiam iuris Ciuilis etiam tunc hac in re laxitatem: ne ſalus animæ decipiētis periclitetur. qua de re quia pleniùs alibi [b] olim diſſerui, prolatis etiã nonnullis vel ex ipſa gētilitate ſeu Ethniciſmo pertinentibus huc exemplis, longior hic in præſentia non ero. Sanè quod legis ait author Ciuilis Pomponius [c], in precio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus ſe circumuenire, non de naturali ſumendum videtur ęquitate ſed ſola de naturali propenſione quadam ſtudióque vendentium & ementium;

a c. cũ dile 3. & c. cu causa.pro de empt. vendit.

b in d.c.in tate tua. vſur.

c d. §. idẽ ponius.

tium;

tium; quorum hi ſedulò ſemper hoc agũt vt quàm fieri poterit minimo rem precio comparent, illi contrà vt quàm fieri poterit maximo rem precio diſtrahant. id quod non minus pulchrè quàm grauiter ab Imperatoribus Euodiæ cuidam reſcribebatur[a] his verbis, hoc ſolũ quòd paulò minore precio fundum venundatum ſignificas, ad reſcindendam venditionem inualidum eſt. quodſi videlicet contractus emptionis & venditionis cogitaſſes ſubſtãtiam, & quòd emptor viliore comparandi, venditor cariore diſtrahendi, votum gerentes, ad hunc contractum accedant, vixq́ue poſt multas contentiones paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emptore autem huic quod obtulerat addente, ad certum conſentiant precium, profectò perſpiceres, neque bonam fidem (quæ emptionis atque venditionis conuentionem tuetur) pati, neque vllam rationẽ concedere, reſcindi propter hoc conſenſu finitum contractum: niſi minus dimidio iuſti precij quod fuerat tempore venditionis datum eſſet. Attamen rectiſſimè repræhẽditur[b] hoc Pomponij dictum noſtris à legumlatoribus Eccleſiaſticis, eo quòd huiuſmodi vel propenſio vel inclinatio naturalis non integræ ſed corruptæ ſit naturæ, meritóque per homines verè Chriſtianos, immò per homines quoſlibet moderatos quamuis Ethnicos, cohibenda refrenandáque; ſaltẽ

a *l. ſi voluntate tua C. de reſcind. vendit.*

b *d. additione marginali ad gloſſam d. c. 6. de vſur.*

ne ſcienter ac prudenter quis proximum
ſuum rerum precia veriſimiliter ignoran-
tem tam enormiter lædi patiatur quantũ-
libet citra vel dimidij vel dupli limites
iſta læſio ſubſtiterit. dico ſcienter ac pru-
115 denter, abſque tamẽ vllo dolo: nam ſi re-
rum pretia neſciuerit & is qui ſic decepit,
ne lex Eccleſiaſtica quidem reſciſſionem
patitur niſi deceptio duplum ſuperauerit,
vt oſtendi[a]. Quod autẽ Pomponius[b] ait
naturaliter *licere*, vel vt etiã Paulus Iuriſ-
conſultus ait[c] *conceſſum eſſe*, contrahenti-
bus inuicem circũuenire, naturalem illam
116 inclinationem, cum læſione alterius inde
ſecuta, ſignificant legibus quidem politi-
cis non emendari, ſed minimè negat quin
talis circumuentio ſit aduerſus honeſtatẽ
nec viros bonos deceat, quandocunque
nimis læditur ita circumuentus[d]. nempe
iuxta iuris regulam, non omne quod licet
honeſtum eſt. Longè ſecus noſter ille D.
» Paulus[e], ne quis, inquit, ſupergrediatur
» neque circumueniat in negotio fratrem
117 ſuum. ſupergrediendi & circumueniendi
verbo ſapienter vſus pro nimis auarè ſor-
didéque & aũidè ſuas res cum alieno de-
trimento mutuis in commerciis augere;
quandoquidem Græcè verbis vtitur his,
ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν. Cęterùm de ſciẽ-
tia ſic decipientis, aliena tamen ab omni
118 dolo, quod hactenus dixi, facilè quiuis in-
telligit per Iuriſcõſultos in contractibus
dolum ſumi bifariam; vel, quo nimirùm
quis

Quidſi decipiens precij fuerit ignarus.

Licere, & honeſtum eſſe, plurimũ differre.

Supergrediendi verbum quale D. Paulo.

Dolus bifariam ſumptus.

a ex d. c. 3. ex d. c. pen. de empt. vendit.

b d. §. idem Pomponius

c d. §. vlt. l. ſi precio, locati.

d vide gl. l. ſemper conventionibus π. de iur.

e 1. Theſſ. 4.

quis ad contrahẽdum pellectus eſt & inductus, qui ſolet appellari dolus contractui cauſam dans,& contractum bonę fidei reddit ipſo iure [a] nullum; vel, quo res in contractum deducta nimium deprædicatur atque falsò ſeu mendaciter laudatur, qui dolus dicitur obiter incidens, & ſemper emendandus [b] eſt quantumlibet exigua fuerit læſio. Quo quidem vtroque genere doli ceſſante, ſi modò res latenter vitioſa non ſit & obnoxia redhibitioni, ſola reticentia ſcientis æſtimationem rei, dolo non annumeratur, at circumuentio ſeu deceptio dicitur in ipſa re verſari. Plura qui volet hac de re, quatenus nimirum iure Põtificio ſuccurratur etiam infra dimidium læſo, cõſulat Couarruuiam [c] hæc ſatis operosè diſputantem.

119 Reticentia quatenus dolo non cõparetur.

a *l & elegãter. in princ. π. de dol. mal.*

b *l. Iulianus. §. ſi venditor dolo. π. de act. empt.*

c *Couar. lib. 2. variar. reſol. cap. 4.*

Porrò quæ de pactis nudis paulò ſuperiùs dicebantur, apertè conuincunt nihil quoque diſcriminis eſſe inter vtrũque ius quoad compromiſſorũ [d] vires. qua ſimul in re grauiter errant interpp. noſtri dum pollicentur ad id quod intereſt actionem ſi vel nudo pacto ſumpti fuerint arbitri; nulla videlicet pœna cõpromiſſa, nec arbitrio comprobato ſeu prout noſtri loquuntur homologizato, nec interueniẽte ſtipulatione: cùm tamen rectiſſimè Gloſſographus Pontificius adnotauerit [e], idẽ prorſus iure Ciuili cautũ fuiſſe quod ibidem Pontificio cauetur.

120 Quoad cõpromiſſorũ vires nullũ inter vtrũque ius diſcrimen.

d *c. per tuas. de arbitr. & l. cùm antea. penult. C. de arbit.*

e *gloſſ. d. c. per tuas.*

De præſcriptionibus item quod initio

121 Bonæ fidei perpetuitas in præſcriptionibus.

122 Clementis Alexādrini eſſe nō Clementis 3. Pontificis Romani cuius meminit Concilium Lateranenſe.

123 Epheſinus legiſlator in c. Vigilāti. de pręſcript.

monebatur [a], latiſſimum ſcilicet eſſe diſcrimen inter vtrumque ius quoad bonæ fidei perpetuitaté, pulcherrimus eſt præterea locus Concilij Lateranenſis ab Alexandro PP. 3 celebrati, relatus [b] quidem in Decretales quaſi debitus Cleméti PP. 3, ſed inſigni quoad authoris nomen errore. quoniam liquet ex ipſo [c] fonte, locum illum eſſe Clementis Alexādrini ſuis in ſtromatum libris. At, quiſnam quæſo legiſlator eſt ille vel Euphegius vel Eupheſimus, vt eſt in fonte, vel, vt noſtri núc libri legunt, Epheſinus, cuius illic mentio fit? equidem ſubſiſto. certè Clemens Alexandrinus hunc authorem non exprimit, quod equidem vel ſciam vel hactenus inuenire potuerim, quantumlibet poſt inueſtigationem non indiligentem. fortè legendum videretur *Ethnicus*, niſi res ipſa, vel ſimile quid, etiã Chriſtiani foret Imperatoris [d] Anaſtaſij Clemente Alexandrino longè poſterioris; qui tamen aliunde tranſlatitiam potuit cōdere legem. diſpiciatur & inquiratur ampliùs. Ethnicorum procul dubio lex [e] fuit illa de vel vſucapiendo vel præſcribendo ſine bona fide continua, dummodo bona fides interuenerit ab initio; tametſi legumlatores etiam Chriſtiani ſeculares hanc legem nō correxerint [f], ſed Eccleſiaſtici [g] tandé ſoli. Quod autem de bonæ fidei perpetuitate dicitur, quæſtionis eſt inter multos non tantùm noſtros verum etiam Theologos contro-

a *ex cap. vi[...] præſcript.*

b *c. vigilā[...] præſcrip.*

c *vide Co[...] Later. ſ[...] lexandro part. 38 [...] Tom. 3 [...] cil. Surij [...] 701.*

d *l. omnes. C[...] præſcript. [...] vel 40 [...]*

e *l. heres [...] 43. π. [...] ſurp. & [...] cap.*

f *l. vnic. C[...] vſucap. [...] for. § pen[...]*

g *d. c. vigilā[...] c. ſi diligen[...] & d. c. vlt. [...] præſcript.*

controuerſiſſimæ, num ſi poſt vſucapionis vel præſcriptionis tēpora ſemel completa demū ſuperuenerit alienæ rei ſcientia ſeu mala fides, vſucapio vel præſcriptio talis habenda ſit legittima ſeu Canonica, præſertim quoad conſciētiam. quod quidē benigniùs dici poteſt, cùm iam res iure ſemel facta poſſeſſoris, ampliùs in cōtrouerſiam vocanda non ſit, ne lites reddantur immortales; nec vllus conſcientiæ videatur hic ampliùs iā ſupereſſe ſcrupulus propter Eccleſiaſticæ legis authoritatem non tantùm Ciuilis. ita D. ipſe Thomas [a]; ita Dominicus [b] à Soto D. Thomę feliciſſimus interpres; ita Couarruuias [c]; ita deniq; viri complures præſtantiſſimi. 124

124 Quidſi poſt vſucapionē vel pręſcriptionē cōpletam ſuperueniat alienæ rei ſcientia.

De matrimoniis quoque tum contrahendis tum dirimendis plurima per ius Eccleſiaſticū ſunt aliter conſtituta quàm per Ciuile. quandoquidem iure Pontificio ſeu Eccleſiaſtico, præter alia capita, mox defuncto marito liberum [d] eſt mulieri iam viduæ ſecundas contrahere nuptias, dicto Paulino [e] conformiter; iure Ciuili [f] liberum non eſt, ſed infame, niſi tempore luctus finito. Soluitur autem conſenſu mutuo, vel ingreſſu religionis, etiam altero inuito, matrimonium ſemel conſummatum, per Ciuilis [g] legis indulgentiam; ius Eccleſiaſticum, iuri diuino conforme, matrimonij ſemel conſummati ſacramentum vult eſſe ſemper indiſſolubile [h]. nec verò defue-

125 Tēpus luctus iure Pōt. cur nō ſpectetur in ſecundis contrahendis nuptiis.

a Thom. Quodlib. 12. art. 26.

b Domin. Soto lib. 4. de iuſt. & iur. q. 5. art. 4. cōcluſ. 2.

c Couarr. in c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. part. Relect. 3. §. 2.

d c. ſuper illa. et c. vlt. de ſecund. nupt.

e 1. Corinth. 7.

f l. 1. C. de ſecund. nupt. et l. 1. π. de his qui not. infa.

g l. conſenſu. & l. ſi conſtante. C. de reped. & iudic. de morib. ſub. & § diſtrahuntur. in Auth. de nup.

h c. ſunt qui dicunt. & c. Agathoſa. 27. q. 2. & tot. tit. de diuort.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

126 Adulteram an auctoritate propria recte relinquat maritus.

deſuerunt olim virorum quorúdam ſanctiſſimorum exempla cūprimis illuſtria, qui coniugibus vnà cum prolibus perpetuùm valere iuſſis & alteri viro nubere permiſſis, monaſticam vel Eremiticam ſuſceperint vitam, quos inter, celeberrimæ fuit nominis & ſtupendæ miraculoſæque ſanctitatis Paulus ille qui Simplicis cognomen inuenit, Antonij Magni diſcipulus, vir iam tum ſexagenarius cùm deſereret vxorem cum liberis. cuius rei dedit occaſionem coniugis adulterium, quo præter opinionem & expectationem deprehenſo, dicitur exclamaſſe non ſine decoro & honeſto riſu, benè eſt, benè eſt, re vera nō eſt mihi curæ; per Ieſum, ego eam non accipiam ampliùs; abi, eam tibi habe, & eius filios; ego enim recedo & efficior monachus. quo dicto ſe contulit ad ſanctum Antonium, nunquam reuerſus ad ſua, ſicut eſt apud Palladium [a] in hiſtoria Lauſiaca. Sed exempla pleraque talia non temerè ſunt in exēplum trahēda; temporibus poſterioribus gratia Numinis paulatim legem diuinam clariùs atque perfectiùs per Eccleſiaſticos legumlatores interpretātibus.

127 Exēpla Patrū omnia nō temere in exemplū trahenda.

Nec enim auctoritate propria ſine iudicio Eccleſiæ deſerenda eſt adultera, nec Religionis profeſſione vinculum ſoluitur coniugale ſic, vt alteri nubendi fiat poteſtas. Ac licèt lex illa Ciuilis de maritis defunctis ante nouas nuptias elugendis honeſtiſſima per ſeſe ſit atque ſalu-

128 Diuortio non dirimi matrimonium.

a Pallad. in hiſtoria SS. Patrum c. 28.

ſaluberrima propter ſanguinis confuſionem & partus incertitudinem, Paulinum tamen pronunciatum [a] longè ſalubriùs periculo lubricitatis maioriſque mali liberat viduas procaciores ; cùm nubere præſtet quàm vri. ſatius eſt enim vel certè minus malum nõ lugere maritum defunctum, quàm nouarum nuptiarum tollere libertatem non ſine grauiſſimo pręſentiſ- 129

ſimoque frequenter violãdæ caſtitatis vidualis periculo; pręſertim quòd ſemel ineſcatę coniugalibus amplexibus nonnullæ, difficulter ac ægrè deinceps hiſce careant, niſi ſeſe totas Deo [b] pietatique dedant, quod non omnes faciunt. *Continẽtia vidualis rara.*

Itaque lex 130

Eccleſiaſtica non ſolùm leges Ciuiles apertè vel malas vel iniquas tollit, verum etiam per ſeſe bonas ac ſalutares in loco & in tempore nonnunquam caſtigat & mitigat vt vel paulò ſeueriores vel animarum ſaluti minus propicias. *Leges etiã per ſe bonas caſtigari tamẽ.*

131 Concubinatum permittit ius Ciuile; quid vel ineptiùs vel fœdiùs ? quocirca lex Eccleſiaſtica ſeu Pontificia, diuinę cõformis, concubinatum vt ac tãquam animæ ſaluti repugnantem nõn immeritò damnat. *Concubinatus.*

132 En quàm ſit imperfecta paſſim tota legiſlatio Ciuilis. Minutiora nõ recito, veluti de præſcriptione quinquẽnij per Ciuile [c] ius conceſſa reis adulterij ; de teſtimonio mulieris in criminalibus etiã cauſis per idem ius nõ repellendo [d]; de rebus deni- *Quinquẽnij præſcriptio.*

a 1. Corint. 7.

b 1. Timot. 5.

c *l. adulter poſt quinquenniũ. C. ad leg. Iul. de adult. & ſtup. l. miles. §. adulterij reum intra quinque annos. ff. ad l. Iul. de adult. Confer cum notatis à DD. in c. ad monere.* 33. q. 2. Bart. de *differ. inter ius Can. & Ciuile. num.* 168.

d *l. ex eo. ff. de teſtib.* Confer *cum c. mulierem.* 34. q. 5. *iuncto c.* 3. *et ibi DD. de teſtib.*

denique compluribus aliis vel nõ ita magni momenti vel indifferentibus propemodum, de quibus omnibus ad Bartolũ cæteroſque differẽtiarios Auditorem reijcio. De muliebri tamẽ teſtimonio quod obiter dixi criminalibus in cauſis (dummodo criminaliter non ciuiliter motis) non admittendo per Eccleſiaſticum [a] ius, in contrariũ ſolet adferri Gratianus [b] ipſe legem Ciuilem non improbãs immò ponens ac recitans. at reſpondendũ eſt, nonnulla per Gratianum ex legibus Ciuilibus in Decretum ſuum referri, non vt eadem iure Canonico ſeruentur, ſed vt ex ipſo ſimul iure Canonico liquere poſſit quidnã ius Ciuile talibus de rebus conſtituerit; vt optimè reſpõdit Gloſſographus [c] Pontificius, à Dominico [d] Geminiano, Felino [e], cæteriſque, ſingulariter commendatus atque laudatus. Cęterum quorſus ego plura ſigillatim commemorare pergo iuris vtriuſque diſcrimina, cùm iam ſemel in vniuerſum quaſi vel petito iugulo vel erecto ſigno vel rupta glacie facillimum ſit cuiuis ex conſtitutis legitimè ſemel iuris vtriuſque finibus, eorundem finium ſingulis in quæſtionibus præſertim grauioribus regũdorum dirimere iudicium?

133 Muliebre teſtimonium.

Reſpondeamus nunc argumentis quæ diſputationi ſuperiori de iuris vtriuſque finibus vel objciuntur vel obijci probabiliter poſſent. qua in re mirificum ſeſe præbuit virum Fortunius Garcias, primus

134 Argumẽta Fortunij Garciæ ſoluuntur.

a d. c. mulier 34. q. 5.
b c. ex eo. [...] q. 3.
c Gloſſæ c. [...] reb. Eccl[...] alie. in [...] tractatu lib. 6.
d Dom. in d. [...] 1. verſ. et[...] ta bene [...] iſta Gloſſ[...]
e Felin. in d. [...] 3. de teſt[...] num. 1.

mus omnium quaſi confixis cornicum (ſicut in Prouerbio eſt) oculis, auſus ex profeſſo volumen [a] integrum contexere quo mordicus defendere molitur, vnum eundemque eſſe iuris vtriuſque finem; nempe, humanam & politicam felicitatem. ſic enim ſonāt ipſiuſmet Garciæ verba. Perpendamus eius rationes; quæ ſunt ferè tales. Ius Eccleſiaſticum ſeu Pontificium, ius eſt humanum [b] ſeu poſitiuum æquè atque Ciuile; finis igitur vtriuſque iuris eſt vnus idemque. Ius Eccleſiaſticum fatemur eſſe humanum; ſed nega- 135
mus conſecutionem. quia lex Eccleſiaſtica ſic eſt humana vt inſpirante [c] Spiritu ſancto deducatur ex ipſa [d] lege diuina ſeu diuinitus reuelata, tanquā vel concluſiones vel determinationes è ſuis vel principiis vel fontibus: at lex Ciuilis eſt humanà prorſus alio modo, ſic videlicet vt ex nuda tantùm deriuetur naturæ ſolius ratione, vehementer imbecilli per ſeſe, ſicuti patuit ex præcedentibus. Quanquam 136
ſanè reſpectibus quibuſdam lex Eccleſiaſtica ſeu Pontificia non immeritò dicitur etiā diuina; partim quòd Spiritu [e] ſancto conſtituatur inſpirante, deriueturq; principiis ex [f] Euangelicis; partim quòd ex ipſiuſmet ore Chriſti poteſtatem legum condendarum Pontifex vt Petri ſucceſſor acceperit [g]. Et ita ſanè diuinos appellauit Canones Conſtantinus [h] ille Scholaſticus Canonum Apoſtolicorum doctiſſimus

Ius Pontificium quatenus humanum.

Ius Pōtificiū quatenus diuinū.

a *Garc. in ſuo volumine de vltimo fine iuris Canonici & Ciuilis. in princ.*

b *c. non debet. de conſang. et affin.*

c *d. c. violatores. 25. q. 1. et d. cap. igitur. 25. q. 2.*

d *d. c. qualiter & quando. 24 in prin de accuſat.*

e *d. c. violatores. d. cap. igitur.*

f *d. c. qualiter & quando.*

g *Ioan. vlt. c. tranſlato ſacerdotio. de conſtitt. c. 1. de tranſl. Epiſc.*

h *Conſt. Schol. in prefatione ſua in Canones Apoſtolorum.*

ſimus interpres: ita ius Pontificium vide-
tur appellare diuinum Gregorius [a] Na-
zianzenus: ita ius Pontificium videtur ap-
pellare legem Dei Nicolaus [b] Pontifex:
ita D. Auguſtinus religioſiſſimus author,
diuini iuris appellatione non Euangelicũ
tantùm ſed & Eccleſiaſticum ſeu Pontifi-
cium complecti [c] videtur: ita denique In-
nocentius 4 in vrbe Roma vult vigere
ſtudium iuris diuini & humani, Canonici
videlicet (inquit [d]) & Ciuilis. Sed quoniã
ſic vſus nunc ſcholaſticus obtinuit vt il-
lud ſolum cum D. [e] Thoma diuinum vo-
cemus ius quod per nullius os hominis
primò promulgatur hominibusque tra-
ditur, nos haud illubenter id Garciæ da-
mus vt ius hoc Pontificium nominemus
& agnoſcamus eſſe humanũ, ſed eo quo
dictum fuit modo non autem quomodo
Ciuile. præſertim cùm & Philo [f] Iudæus
137 vir longè doctiſſimus priorem dumtaxat
Decalogi tabulam dignatus appellatione
iuris diuini, nominet etiam ius humanum
vel ipſam Decalogi tabulam totã ſecun-
dam; propterea quòd ad charitatem per-
tineat in homines, vt prior ad charitatem
erga Deum; quantumlibet ipſius Dei Pa-
tris [g] digito Decalogus ille totus fuerit
conſcriptus. Loquendi nempe modus a-
pud authores varius eſt. imitemur nos in
appellãdo iure tum diuino tum humano
D. Thomã. quo ſemel admiſſo, rectiſſimè
dicemus, in ipſo quoque noui Teſtamẽti
libro

Tabula Decalogi ſecũdo iuris humani Philoni.

a c. ſuſcip... diſt. 10.
b c. 1. diſt...
c c. 1. 13...
d c. cùm ... uerſis. ... uileg. lib...
e Thom. ... tota qu... 91. ... aliquot.
f Philo Iu... lib. de D... logo.
g Exod. 31 ... ipſo fine.

libro reperiri nonnulla quæ non iuris diuini ſed iuris humani, attamen Eccleſiaſtici, dicenda ſunt; qualia ſunt illa quæ nō ex ore ipſiuſmet Chriſti ſed per ſolos Apoſtolos inſpirāte Spiritu ſancto decreta fuerunt, vt in illa Concilij Hieroſolymitani per ipſos Apoſtolos celebrati formula [a] VISVM EST SPIRITVI SANCTO ET NOBIS, &c. dum de legis Moſaicæ circumciſioniſq; iugo quæreretur. Ecce Pontificij iuris incunabula. tale quid eſt & illud Pauli [b], » De virginibus præceptum Domini non habeo; » conſilium autem do. bonum eſt homini » ſic eſſe. mulier alligata eſt legi quāto tempore vir eius viuit; quod ſi dormierit vir » eius, liberata eſt; cui vult nubat, tantùm in » Domino: beatior autē erit ſi ſic permanſerit, ſecundum meum conſilium. puto » autem quòd & ego ſpiritū Dei habeam. non omnia videlicet Chriſtus Dominus in terris agēs Apoſtolos atque diſcipulos minutatim docuit quæcunque vel ad Eccleſiæ gubernandæ diſciplinam vel ad emergentium frequenter dubitationū difficultatumque ſolutionē pertinerent. adhuc multa habeo vobis dicere, inquit [c], » ſed non poteſtis portare modò: cùm autē » venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Paſtor hinc vniuerſaliter Eccleſiæ datus [d] eſt à Chriſto Petrus Petrique ſucceſſor Pōtifex Romanus, ne quis alibi fortè quàm in Eccleſia Catholica

e lica

a Act. 15.
b 1. Corint. 7.
c Ioann. 16.
d Ioann. vlt.

138 In ipſo nouo Teſtamēto quædam iuris eſſe humani vel Eccleſiaſtici.

139 Pontificij vel Eccleſiaſtici iuris incunabula.

lica vel Eccleſiæ Capite hoc generali ſeu vniuerſali certitudinẽ ſanƈti Spiritus expeƈtaret. Illud hinc obſeruatu digniſſimũ eſt, vt ac tanquam præclariſſimum quid & omni tum admiratione tum veneratione ſuſpiciendum, legem Moſaicam, quæ & ipſi Diuo Thomæ [a] diuina dicitur licèt imperfeƈta, populo Dei fuiſſe datam à Deo Patre per [b] Angelos; legem Euangelicam, quæ diuina lex eſt perfeƈta, populo Dei, id eſt, Eccleſiæ Chriſtianæ datam eſſe à Deo Filio, hoc eſt, per os propriũ Chriſti Domini, Dei ſimul & hominis; legem denique Eccleſiaſticam ſeu Pontificiam pro re nata quotidie dari eidem populo Dei, id eſt, Eccleſiæ Chriſtianæ, à Deo [c] Spiritu ſanƈto per os meri hominis cui Chriſtus vniuerſum gregem ſuum commiſit [d] paſcendum. qui quidem Spiritus ſanƈtus Eccleſię Catholicæ nunquam defuturus eſt reƈtor atque gubernator perpetuus [e]. Qua ex re magis ac magis intelligitur quàm nihil horum ſit in vlla lege Ciuili, vtpote naturalem dumtaxat hominis etiam Ethnici rationẽ eamque miſerabiliter obcæcatam nunquã excedente. quo magis abhorrendum eſt ab iſta profana Garciæ ſententia. Si finibus inter ſe differunt leges ipſæ profanæ pro diuerſitate ſcilicet politiarum profanarum quibus illæ leges accommodantur, vt accuratiſſimè docuit Ariſtoteles, quantò magis different inter ſe finibus leges poli-

140 Legis Moſaicæ dator Deus Pater, legis Euangelicę Deus Filius, legis Eccleſiaſticę Deus Spiritus ſanƈtus.

141 Quàm profana ſit Garciæ ſententia.

a Thom. q. 91. ar[t.]
b Act. 7. [Ga]lat. 3.
c Actor. 1. Cor. c. viol[at.] d. c. ign[...]
d Ioann.
e Ioann. Matth. ipſo fin.

politiarum diuerſiſſimarum propéque re-
pugnantium, politiæ nimirùm ſpiritualis
& politiæ prorſum profanæ ſeu Ciuilis? 142

Deriuatio iuris Canonici prorſus alia quã iuris Ciuilis.

Ait Garcias ex iiſdem duci ſeu deriuari
principiis Canonicum ius & Ciuile, ſola
naturali ſcilicet ex ratione. quod vt falſiſ-
ſimum abſolutè negamus, vt ac tanquam
clariſſimo iuris contextui [a] contrarium;
ſuperioribusque rationibus vel ſolis eui-
dentiſſimè iam ſubuerſum. Nec eſt ido- 143

Garcias cõfundit legẽ æternam cũ diuina, peſſimè.

nea Garciæ replicatio, ius omne tam Ci-
uile quàm Põtificium ſeu Eccleſiaſticum
ab æterna diuinaque lege deriuari dicti-
tantis. nam fateor ab æterna quidem lege
deriuari leges omnes populorum Ciui-
les; at pernego leges eaſdẽ Ciuiles à lege
diuina propriè ſic accepta deriuari. Gar-
cia duas illas leges, æternã videlicet atque
diuinam indoctè nimis ac perperam con-
fundẽte. Lex æterna dicitur ſumma ratio,
in ſolo Deo exiſtens, atque mentibus o-
mnibus humanis participatione quadam
diuinitus indita: quæ peperit legum tum
naturalium tum humanarum ſeu Ciuiliũ
genus omne; ſicuti luculenter poſt Plato-
nẽ [b] & alios antiquos docet Cicero [c], lõ-
gèque clariùs atq; perfectiùs & enuclea-
tiùs diſtinctiusque D. Thomas [d]. Lex di-
uina propriè ſumpta dicitur, quę finẽ ho-
minis naturalẽ excedẽs & ſupernaturalẽ
vitæ cœleſtis proponens ab ipſo Deo re-
uelata patefactaq; nobis eſt: quã recentio- 144

Diuina poſitiua.

res nõnulli DD. [e] appellitant diuinã po-

a l. c. qualiter & quando.

b Plato in Epinomide & alibi paſſim.

c Cic. lib. 1. de legib.

d Th. m. 1. 2. quæſt. tota 91.

e Domin. Soto lib. 2. de iuſt. & iur. q. 1. art. 1 & lib. 3 q. 1. art. 2. & lib. 4. q. 2. art. 1. Nauarr. in Manuali Confeſſariorũ cap. 7. num. 1, 3, 4. & 5.

ſitiuam; dum ius vniuerſum naturale, ſi-
145 Diuina naturalis. mul dignatur nuncupatione iuris diuini, quæ lex diuina naturalis coniunctim ſolet appellari; nec eſt alia, quàm illius æternæ modò memoratæ participatio. nam
146 Quattuor illuſtres cauſæ cur diuina fuerit opus lege præter tres alias. quattuor potiſſimùm de cauſis (quas D. Thomas[a] memorat) non ſufficiente generi humano lege æterna, nec etiam naturali, nec humana ſeu Ciuili, lex talis diuina fuit neceſſaria. cauſæ neceſſitatis adferuntur hæ; peccatorum omniũ etiam vel minimorum correctio, non externorum tantùm ſed internorum ſeu motuum ſeu actuum humanorum compoſitio, veritatis & rectitudinis omnis certitudo, beatitudinis æternæ ſeu vitæ cœleſtis promiſſio. quô pulcherrimè D. Thomas refert illud Pſalmographi[b] diuiniſſimum LEX DOMINI IMMACVLATA, CONVERTENS ANIMAS; TESTIMONIVM DOMINI FIDELE, SAPIENTIAM PRÆSTANS PARVVLIS. Le-
147 Leges Eccleſiaſticas ex hac diuina deriuari. ges autem Pontificias vel Eccleſiaſticas non ex lege deriuari dumtaxat æterna vel naturali, ſed ex hac ipſa diuina, præter infallibilem rationem iam toties memoratam tum politiæ ſeu Corporis omnino ſpiritualis tum totius Chriſtiani gregis ad paſcendum Petro[c] commiſſi, quæ vel ſola id conuincit, apertiſſimè ſimul comprobat ille iuris Pontificij cõtextus[d] iam toties inculcatus; qui non vnius eſt Pontificis Innocentij tertij, ne quis erret, ſed

Occu-

a Thom. q. 91. 4. in c. artic.

b Pſalm.

c Ioann.

d c. qu. & quam 24. de ſatisfactionib.

Oecumenici ſeu generalis & vniuerſalis Concilij a Lateranenſis; cuius hæc ſunt » verba. Qualiter & quomodo debeat Prę- » latus procedere ad inquirendum & pu- » niendum ſubditorum exceſſus, ex autho- » ritatibus noui & veteris Teſtamenti col- » ligitur euidenter, ex quibus poſtea pro- » ceſſerunt Canonicę ſanctiones. &c. Quid clariùs de Canonum ſeu legum Eccleſiaſticarum vel Pontificalium principiis & fontibus atque deriuatione cõtra Garciæ ſomnia dici potuiſſet? Quod quidem ſi ſit ita criminalibus in cauſis, hoc eſt, in iudiciis de rebus merè temporalibus & omnino profanis per iudices Eccleſiaſticos exercendis, quãtò iuſtiùs de reliqua tota dicetur Eccleſiaſtica ſeu ſpirituali totius Chriſtianiſmi tum politia tum legiſlatione cæteris in rebus ad naturã ſpiritualem propiùs accedentibus? vt in matrimoniis, aliorumque ſacramentorum vſu, in contractuum quorumlibet fide, in Eccleſiaſticorum bonorum diſpenſatione, cunctis denique cæteris in rebus? quemadmodũ copioſè perſpeximus ex variis atq; multiplicibus vniuerſi iuris huius exẽplis in omni penè quęſtionum genere paulò ſuperiùs allatis ad comprobandum totius Eccleſiaſticæ legiſlationis finem à Ciuilis legiſlationis fine diuerſiſſimum. Certè quemadmodũ non patiuntur b illi Patres Concilij Lateranẽſis criminum vel accuſationes vel inquiſitiones vel denuncia-

a Conc. Later. ſub Innocẽtio 3. cap. 8. vide Tom. 3. Concil. Surij pag. 739.

b in d. c. qualiter et quãdo.

tiones aliter inſtitui quàm iuxta legis diuinæ ſeu nouæ ſeu veteris cõformitatem, ſic nec vlla patiuntur Eccleſiaſticæ leges aliæ cõtrahi negotia ſine iuſto legis etiam diuinæ temperamento. temperãtur enim

148 Leges oẽs Eccleſiaſticas ad normam diuinę legis explorari.

leges omnes Eccleſiaſticæ ſeu Põtificales & explorantur ad normam præſcriptumque legis diuinę ſeu reuelatę diuinitus; vt nimirùm concluſiones reſpondeãt naturę vel ſapiant naturam ſuorum principiorum ex quibus deducũtur atque deriuantur. Quæ quidem ſola deriuationis cauſa

149 Leges Eccleſiaſticas vbique terrarum eſſe eaſdem, nõ Ciuiles; & huius rei cauſa.

facit, vt quemadmodum lex diuina nunquã variat ſed in vniuerſo mundo ſemper vniformis eſt & eadẽ ( nec enim aliud eſt Euangeliũ quàm quod Chriſtus nobis attulit & Eccleſia ſola Catholica tenet nobiſque tradit) ſic & leges Eccleſiaſticæ per vniuerſum orbem Chriſtianũ & Catholicum ſint eędẽ prorſus & vniformes, vnicum ius Pontificium; cùm ſit vnica dũtaxat Eccleſia Catholica verbo diuino conformiter imbuta. quod lõgè ſecus eſt in legibus Ciuilibus; quæ tantum abeſt vt vbique terrarum ſint eædem, vt ne ſingula quidem Regna, nec ſingulæ Prouincię, nec ſingulæ Regiones, immò nec ſingula municipia, legibus regantur iiſdem, ſed & oppidula ſingula, quinimmò & ſinguli pagi, & verò territoria penè ſingula, ſuis peculiaribus vtantur legibus. qui ſic? quia ex naturali tantùm ratione per ſeſe vehementer obſcura, ne dicam cœca, dum ſua

cuique

cuique placet opinio, leges iſtæ naſcũtur. 150
Quid ergo? nónne leges, inquis, Eccleſia- Quatenus naturali etiam ratione leges Eccleſiaſticæ deriuentur ex diuina.
ſticæ per naturalẽ quoque rationem, per
diſputationes, ratiocinationes, examina-
tiones, diſcuſſiones atq; diſcurſus varios,
eliciũtur ex diuina, tanquã vel concluſio-
nes vel determinationes quædam, ſicut
optimè Melchior Canus [a] oſtẽdit? reſpõ-
dendum eſt, rationẽ naturalem talibus in
vel concluſionibus vel determinationi-
bus, per Eccleſiaſticos legũlatores ex lege
diuina ſagaciter eliciẽdis, eidẽ legi diuinæ
ſemetipſam prorſus conformare, ſanctiq;
Spiritus regi numine; non autẽ nudo tan-
tùm niti iudicio naturali, quod omnẽ gi- 151
gnit legẽ Ciuilẽ. ſed & legiſlator Ciuilis Legiſlator Ciuilis legem diuinam quatenus intueatur.
vel Princeps politicus in hác, inquis, legẽ
diuinã poterit, immò verò debet, intueri
ſuis in legibus condẽdis. meritò ſanè: ſed
is nec diuinæ legis eſt interpres, nec vllam
certã vel peculiarẽ ſancti Spiritus habet
in talibus rebus, immò nec in ſuis quidem
legibus condendis, promiſſionem. qua ex
re fit, vt ſinguli Principes Chriſtiani leges
condãt ſingulares, id eſt, peculiares & ab 152
aliorũ Principum Chriſtianorũ legibus Principum politicorũ leges cur adeo differentes.
plurimũ differẽtes, immò planè diſcrepã-
tes & ex diametro repugnantes: idq; pro-
pter naturalis rationis infirmitatẽ, dũ ſua
cuiq; ratio videtur potiſſima; ſolis legib⁹
Eccleſiaſticis ex diuina ſemper infallibili-
ter deriuatis [b]. quo fit vt equidẽ nõ poſſim
nõ ſummè demirari quidnã viro alioqui



[a] *Melch Canus lib. 5. de locis Theologicis cap. 5. §. at hæc opinatio quàm ſit inconſiderata.*

[b] *d. c. qualiter & quando.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

153 Couarruuię ſeu dormitatio ſeu fluctuatio circa iuris vtriuſq; finem deriuationemque.

cordatiſſimo Didaco Couarruuiæ vel acciderit vel in mentem venerit, vt ſui popularis Garciæ fluctibus abreptus quodã loco [a] dixerit, nudè tamen & ſine diſputatione dixerit, iuris Canonici & Ciuilis eadẽ eſſe principia, & prima præcepta iuſtitiæ, ideoque & eundem finem; & hoc probari ſcilicet ex proœmio Decretaliũ & ex tribus iuris pręceptis per ICᵗᵘᵐ proditis [b]. adeò verè dictum fuit *Quandoque bonus dormitat Homerus.* Quanquam ſanè Couarruuias [c] paulò pòſt, quaſi pœnitentia ductus, & à dormitatione ſua quadantenus experrectus, nonnihil temperãdam cenſet opinionem Garciæ quoad vnum eundemque iuris vtriuſque finem; ſic videlicet, vt hæc opinio nõ admittatur quidem in legibus Principum Gẽtilium Ciuilibus, ſed in legibus Chriſtianorum tantùm Principum Ciuilibus admittatur, ſcilicet. At longè circũſpectiùs & cordatiùs alij duo Hiſpani, præſtantes tum Theologi tum Philoſophi, Dominicus Soto & Melchior Canus. quorum ille quidem ſic de iuris Canonici tum deriuatione tũ fine loquitur; Canonicæ leges, inquit [d], & Eccleſiaſticæ, diuinarum ſequaces, Ciuilibus debẽt hoc præſtare (quas Ciuiles paulò ſuperiùs ad commune temporarium dumtaxat bonum referri dixerat) vt animos hominũ à terrenis diuulſos ad Deũ promoueant. diuinarum ſequaces appellat, quas ex Euãgelica lege deriuatas antea poſue-

154 Dominici Soto de diuerſiſſ. iuris vtriuſq; fine ſentẽtia Garciæ cõtraria.

[a] Couarr. [illegible] quamui[s] [illegible] ctũ. de p[illegible] in 6. re[illegible] parte 2. [illegible] prin. nu[illegible] verſ. v[illegible] hæc cõm[illegible] interpr[illegible]

[b] l. iuſtiti[a] de iuſt. [illegible]

[c] Couarr. [illegible] lect. 2 [illegible] nu. 10. [illegible] vlt.

[d] Soto lib. [illegible] iuſt. & [illegible] q. 2. ar[illegible] concluſ. [illegible] finem.

a Melch. Canus lib. 8. de locis Theologicis. c. 6. ſub finē.

155 Melchioris itē Cani de eadē re ſententia clariſſ. pleniſſimaque.

poſuerat. hic [a] autē, vir vt ſummè Theologus ita ſimul & acutiſſimus diſputator & eloquentiſſimus Orator, Theologum ſuum ſic informat vt eum velit iuris Pontificij cumprimis eſſe peritum; cùm pluribus aliis quas memorat de cauſis, tum quòd ſummorum Pontificum decreta à iure diuino hoc eſt, inquit, à libris vtriuſque teſtamenti, dimanauerint: quare cùm Theologia ex iiſdē fontibus ſuos riuulos ducat, ineptè facturum Theologum niſi opera ſummorum Pontificū velit vti qui Spiritu ſancto ſuggerēte ex diuinis Oraculis dogmata & leges, ſiue ad fidem ſiue ad fidelium mores & Eccleſiaſticos ritus & ceremonias, collegerint; tum quòd Canonicæ ſit facultatis dirigere animas per Canonicas leges in ſalutem æternam; tum denique quòd vel in ſolo volumine Decretalium permulti caſus & articuli contineantur vtiles & neceſſarij tam in Conciliis animarum & pœnitentiæ foro quàm in regendis & diſponendis Eccleſiis & rebus Eccleſiaſticis. Ac optat ille tandem, Theologos qui Canonum ſunt ignari, vel à decernendis conſcientię caſibus abſtinere prorſus, ne riſui habeantur dum de his nonnunquam reſpondent vt Magiſtri quæ nunquam vt diſcipuli didicerunt, vel certè ſemper ea præditos eſſe modeſtia vt iuris Canonici peritos conſulerent: multis in hanc ſententiam ſimul aliis pulcherrimè ſubiectis. Eiuſdem viri

156 Idem finis concluſionum qui principiorum.

fuit & hæc[a] oratio, nec enim finē alium ,
diſciplinæ eiuſdem principia ac cōcluſio- „
nes habent. Accedat his duobus Hiſpanis ,
alius adhuc Hiſpanus tertius, admirandæ
ſtupēdæque vir & eruditionis & pietatis,
maximus Theologus, maximus Iuriſconſultus, maximus Philoſophus, Ioāni Papę
22. tum chariſſimus tum familiariſſimus,
Aluarus, inquā, Pelagius, Epiſcopus olim
Syluenſis. qui tam ſubtiliter & accuratè
hæc eadē enucleauit[b], vt nihil addi poſſe
videatur. quem & Canus merito ſuo laudat atque ſequendum ſibi duxit. Hoc nobiliſſimum quaſi cuiuſdam trigæ genus,
inſtar Apollinei tripodis, tria dico hæc
ſplendidiſſima gētis Hiſpanæ, quinimmò
totius Eccleſiæ Catholicæ, lumina, tenebroſis iſtius Garciæ nebulis, ex Oceani
Cantabrici turbulentia ſurgentibus, dextrè diſcutiēdis, oppono. Nihil autem pro
Garcia facit prooemium Decretalium generaliter de lege loquens in hæc verba;

157 Aluari Pelagij præclarum hac de re iudicium.

158 Nobiliſſimum trigę genus.

159 Oceani Cātabrici nebulæ commodùm diſcuſſæ.

„ Rex pacificus pia miſeratione diſpoſuit
„ ſibi ſubditos fore pudicos, pacificos, &
„ modeſtos. & paulò pòſt; lex proditur vt
„ appetitus noxius ſub iuris regula limite-
„ tur, per quam genus humanū vt honeſtè
„ viuat, alterum non lędat, ius ſuum cuique
„ tribuat, informatur. Quia Pontifex illic
in vniuerſum de legis cuiuſlibet officio
præceptiſq; loquitur, cuiuſmodi generales vel definitiones vel deſcriptiones minimè tollunt ſingularum ſpecierū differentias

160 Nihil pro Garcia facere Prooemiū Decretalium.

a Melch. Ca[...] lib. 12. d[...] cis Theo[...] 2. nō ita[...] gè à pri[...]

b Aluar. P[...] lib. 1. de p[...] ctu Eccle[...] art. 56. [...] ſeqq. ac[...] lib. 2. art[...] & ſeqq[...] alibi paſ[...]

rentias

rentias & fines proprios. nõ magis quàm definitio ſacramenti quæ ſingulis cõuenit ſeptem ſacramentorum ſpeciebus, tollit eorũdem ſacramentorum ſingulorũ differentias atque proprietates & fines proprios. quemadmodum nec artis definitio quę ſingulis conuenit artibus, artiũ tollit inter ſeſe differentias ac fines proprios. Lex omnis ad cõmune ciuium bonum refertur; cuius adipiſcendi gratia tribus his vtitur præceptorũ generibus, honeſtè viuere, neminem lædere, ius ſuũ vnicuique tribuere. Sed quid? illud cõmune bonum ciuium neceſſariò metiri debemus ex fine proprio quẽ ſibi quælibet politia propoſitum habet, ſecundũ illa quæ ſuperiùs ex Ariſtotele [a] rationibus viuis illuſtrato docuimus. prout enim vnaquæq; politia eſt, tales etiam ſunt eiuſdem leges; talemque ſpectant illę leges finem qualis eidem politiæ propoſitus eſt. aliud autem politiæ genus eſt Eccleſia, aliud Reſpublica Ciuilis: alius eſt igitur ac alius ambarum finis, ad quem & leges earundem referuntur. Neque verò propoſitũ fuit in eo Decretalium proœmio Pontifici de legum diſputare diuiſione ſuas in vel formas vel ſpecies illas quattuor quas inter ſuperiora breuiter attigimus, & quarum explicatio pleniſſima reperitur apud ipſum Diuum Thomam [b] & eius interpretem Dominicum [c] Soto, ſed in genere dumtaxat officium legis cuiuſlibet ob oculos ponere.

Nec

Generis definitio ſingulis cõueniens ſpeciebus non tollit proprias earũdem ſpecierum differentias proprióſve fines.

[a] *Ariſt. lib. 3. polit. cap. 7. in fin. & lib. 4. cap. 1. ſub finem.*

[b] *Thom. d. q. tota 91. & ſeqq.*

[c] Dom. Soto toto lib. 1. et 2. de iuſt. et iur.

Nec ea diſputatio de variis legum generibus, id eſt, ſpeciebus pertinuiſſet ad rem; cùm nemo lector vel inſpector Decretaliũ Chriſtianus, eſſet ignoraturus, ab Eccleſiaſtico ſpiritualiq; legiſlatore ſummo Pontifice nõ alias potuiſſe leges expectari quàm quæ ſpirituali politię moribusq; Chriſtianis dignæ forent.

162 Bonũ commune aliter ab Eccleſia conſiderari aliter à politia Ciuili.

ſicuti nec illud ignoraturus erat vllus, bonum commune ſeu publicum ciuium Eccleſiæ, non eſſe temporarium vel ſeculi præſentis, at ſpirituale; veram vitæ Chriſtianæ honeſtatẽ non eſſe quid externũ dumtaxat, ſed multò magis internum;

163 Tria itẽ iuris pręcepta

neminem lædere, bonis Chriſtianis & Eccleſiæ Catholicæ filiis lõgè quid eſſe perfectius & integrius, quàm ſit hominibus tãtùm ciuiliter conſideratis; ius vnicuique ſuum tribuere, nõ ex legum Ciuiliũ tantùm præſcripto ſubinde fallaci, ſed ex Eccleſiaſticæ legis diuinam conſtanter imitantis atque ſequẽtis norma quaſique lima, per interuẽtionem iuſtitiæ Chriſtianę. Cui ſolutioni confor-

164 Nec ſanctũ Doctorem, nec Ariſtotelem, nec Ciceronẽ, nec Iuſtinianum, nec ICtos, nec vllos alios, vel hilũ facere pro Garcię ſententia.

miter, & pari ratione, nihil etiã pro Garcia facit vel ſanctus Doctor [a] Thomas, quem ſæpiùs iſte pro ſe (ſed extra propoſitum) nominat & appellat, vel Ariſtoteles [b], vel Cicero [c], vel Iuſtinianus [d] noſter, vel ICtus [e]; quos omnes finẽ legis bonum ſeu publicum ſeu commune ciuium ponere conſpicimus. nihil inquam pro Garcia faciunt hi tot ac tanti viri: quia pariter omnes de lege loquuntur in genere, ſeu de le-

a Thom. 1.2 90. art. 2 q. 95. art.

b Ariſt. lib. Eth. c. cap. & lib. 9. 10. & al frequenter

c Cic. lib. 2. fic. ubi per leges b beatéque v uitur.

d Iuſtinian. auth vt n luxur. con natur. in pr fatione. & auth. quom do oport. E piſcop. in pr & alibi fre quentiſſim

e l. 2. π. de l.

de legis officio cunctis legum generibus commum; quod, vti diximus, nihil ad finium propriorum diſtinctioné pertinet. oportet enim definitiones generales eſſe tales vt ſingulis applicari poſſint ſpeciebus. itaque fateor, D. Thomam ſic etiam loqui de iure Pontificio, & quidem ſimul allatis alibi [a] Eccleſiaſticarum legum exemplis; at pernego conſequentiá iſti Garciæ hanc, Ergo iuris vtriuſque vnus idemque finis eſt. cùm fines legum varientur pro varietate politiarú quibus dantur eædem leges, & ſingulę ſpecies inter ſeſe neceſſariò finibus diſtinguátur. Et hanc eſſe ſententiam D. Thomæ, finem videlicet iuris Canonici prorſus alium eſſe quàm ſit finis iuris Ciuilis, apertiſſimè clariſſiméque docet ipſemet ille D. Thomas ex 165
profeſſo, ſuis in Quodlibetis; quæ ſi Garcias vel vidiſſet vel perpédiſſet, vehementer ipſum puduiſſet iſtius tam vel captioſi vel calumnioſi ſui de D. Thoma iudicij vel interpretationis verborum [b] D. Thomæ legis finem generaliter proponentiú. Sic igitur in ſuis Quodlibetis de iuris vtriuſque fine ſcribit ipſe ſanctus Doctor

, in quæſtione de præſcriptione. Secundò
» quærebatur, inquit [c], vtrùm ille qui mala
» fide præſcripſit teneatur ad reſtitutioné.
» Et videtur quòd non; quia lex dicit, quòd
» qui etiam mala fide præſcribit acquirit
» dominium. contrà, Decretalis dicit quòd
» tenetur, nec acquirit dominium. Reſpon-

dco

D. Thomę clariſſima de diuerſiſſimo iuris vtriuſq; fine ſentētia; Garcię Garcianisque, nunquã viſa, vel certè non animaduerſa.

[a] Thom. 1 2. q. 95. art. vlt. §. Secũdò eſt de ratione legis humanæ. & q. 97 art. 2. & 3. & q. 108. art. 2.

[b] Thom. d. art. 2. q. 90.

[c] Thom. Quodlib. 12. art. 26.

deo dicendum, quòd circa hoc eſt contrarietas iuris Ciuilis & Canonici; quia ſecũdum ius Ciuile talis præſcriptio tenet, ſecundum ius Canonicũ talis pręſcribere non poteſt. Et ratio huius contrarietatis eſt, quia *alius* eſt finis* quem intendit Ciuilis legiſlator, videlicet pacem ſeruare & ſtare inter Ciues, quæ impediretur ſi præſcriptio non curreret; quicũque enim vellet, poſſet venire & dicere, *iſtud fuit meũ*, quocunque tempore. Finis autem iuris Canonici tendit *ad quietem Eccleſiæ & ſalutem animarum**; nullus autẽ in peccato ſaluari poteſt, nec pœnitere de damno vel alieno niſi recompenſet*. Et ideò dicendum eſt, quodſi quis pręſcribat bona fide poſſidendo, nõ tenetur ad reſtitutionem, etiamſi ſciat alienum fuiſſe, poſt præſcriptionem; quia lex poteſt aliquẽ pro peccato & negligentia punire in re ſua, & illã alteri dare & concedere: ſed qui mala fide pręſcribit, tenetur emẽdare & ſatisfacere reddendo damnum quod intulit. Ad argumentum ergo dicẽdum, quòd verũ eſt quòd omnia ſunt Principum* ad gubernandum, nõ ad retinendum ſibi vel ad dandum aliis: & ſi quę leges tales ſunt, tyrannicę ſunt; & non abſoluũt à conſcientia, ſed à foro iudiciali & violentia. Quid vel clarius vel efficacius contra totã Garcię de vno eodemque iuris vtriuſque fine diſputationem vel dici vel audiri potuiſſet? Iniuriam itaque fecit grauem Garcias

* *al.* ta[...] penſet[...] *doſè.*

* *al.* princi[...]pium. *ſed mendoſè.*

D.Tho-

D.Thomę dum ſuas illi nouitates & ima- 166
ginationes fantaſticas attribuere fuit au- Cõtra ſan-
a ſus. ac vbi Gerardum [a] Senenſem Theo- ctum ſuum
Gerár.de Se- logum pariter atque Iuriſconſultum & Doctorem
nis in tracta- Ioannem [b] Andream viros lõgè præſtan- ſemet ar-
tu ſuo de præ tiſſimos temerè ſibi refellẽdos propoſue- mauit Gar-
ſcriptione. rat, contra ſanctũ ſuum Doctorem ſemet cias dum
b incautus & imprudẽs armauit; ipſiuſmet Senenſem
Ioan.And.ad nimirùm D.Thomæ ſententia, quam vi- Theologũ
c poſſeſſor.de demus apertiſſimam, petulanter & ſine & Ioann.
reg.iur. in 6. rationibus vllis idoneis, immò nec vllam And.ICtum
probabilitatis imaginem præ ſe ferẽtibus petulanter
apud inſigniter eruditos, oppugnata. Cer- impetiit.
tè Gregorius 9 in illo Decretaliũ procœ-
mio non minùs de lege loquitur Euange- 167
lica quàm de lege Pontificia vel etiam Ci- Procœmiũ
uili, cùm Rex ille pacificus quẽ nominat, Decretaliũ
ſit ipſe Chriſtus Dominus Euangelicę le- de lege ſi-
gis auctor. nemo tamen mortalium dixe- mul Euan-
rit vnquam, præter vnum fortè Garciam, gelica lo-
legis Euangelicæ legiſque Ciuilis vnum qui.
eundemque eſſe finem; niſi quatenus no-
men legis atque definitio deſcriptioq; le-
gis in genere, ſingulis neceſſariò quadrat 168
c legum ſpeciebus, vti diximus. At, inquit [c] Ius etiã Ci-
Garc.d.trac. Garcias, ius etiã Ciuile ſalutẽ ſpectat ani- uile Gar-
illat.1. marũ pro fine ſuo vltimo: vult enim pro- cias ait pro
ximum iuris vtriuſque finem eſſe humanã fine vltimo
& politicã felicitatem, vltimũ autem iu- ſalutẽ ſpe-
ris vtriuſq; finẽ eſſe ſalutem ſempiternã. ctare ani-
quid audio? quî, Garcia, probas quod aſ- marum, ſci-
ſumis? quia lex etiã Ciuilis peccata prohi- licet.
d bet [d], inquit, & lex diuina vel Euangelica,
d.l.2.ff.de ll.

lex[a] eſt naturalis; ex qua quidem naturali profluxit & Ciuilis & Canonica. Miſcet cœlum cum terra Garcias, confuſis omnibus. Peccata prohibet ius Ciuile, non ad æternam reſpiciens beatitudinem, ſed ad Reipub. tranquillitatem; ſceleratis hominibus è medio ſublatis: peccata prohibet lex diuina, quòd animarũ ſaluti ſint contraria; quem finem ſpectat principaliter & lex Pontificia vel Eccleſiaſtica, neque peccatores[b] tollit è medio ſed ad pœnitentiam ſalutarẽ cogit. Peccata prohibet & medicus, & gymnaſtes, & athletes, & agyrtes, & luctator; repletionẽ videlicet ventriculi nimiam, crapulam, ebrietatem, ſimilia: Sed in quem, precor, finem? vel quorſus? vt Corpus vel conſeruetur vel reddatur & ſanius & firmius & habilius & agilius & robuſtius. Multi deniq; cunctis in rebus vel prohibent vel imperant vnum prorſus idemque, ſed fines reſpiciunt longè diuerſiſſimos, pro cuiuſque nimirum vel profeſſione vel arte vel inſtituto. Quod autẽ Gratianus[c] dixit, ius naturale eſſe quod in lege & in Euãgelio cõtinetur, & Iſidorus[d], leges diuinas natura conſtare, nihil aliud ſibi volunt in effectu, quàm ius naturale per Euãgelicam legem ſingulariter illuſtratum fuiſſe, non autem quòd lex diuina propriè ſic dicta ſolo nitatur naturalis rationis iudicio, cũ præcipua quæque legis Euangelicæ ſoli ſint accepta ferenda reuelationi diuinæ (quod

169 Peccata quomodo et quorſum prohibeat ius Ciuile, quomodo lex diuina lexq; Pontificia.

170 Medici, gymnaſtæ, luctatores, & ſimiles quorſum prohibeant peccata.

171 Leges diuinæ quatenus natura conſtent.

a c. 1. d…

b c. inter… fin. 3… & ali… ſim.

c d. c. 1…

d c. 2. diſt…

a *c. non eſt peccatum. §. his itaque reſpõdetur. diſt. 6.*

(quod neque Gratianus [a] ipſe ſilẽtio prę-
teriit) qualia propriè dicuntur legis diui-
næ, quam recentiores Theologi diuinam
poſitiuã vocant, vt monui ſuperiùs. Itaq;
non tam craſsè ſumẽdus eſt ille locus Iſi-
dori quaſi velit omnia quæcumque iure
diuino vel Euangelica lege cauẽtur ſolius
eſſe naturæ, & ſub captum cadere huma-
num, ſed quòd prima ſummaq; præcepta
de moribus ex ipſa ferè natura depromã-
tur. quô pertinet illud Chriſti de vita ho-
neſtè ducenda loquentis [b], *Omnia quæcun-
que vultis vt faciant vobis homines, & vos
eadẽ facite illis: hæc eſt enim lex & prophetæ.*
quo ex dicto Gratianus Decreti ſui to-
tius telam prudenter & feliciter & quaſi
bonis auibus orditur. ne quid hic interim
de natura naturante, quam vocant, cum
noſtris interpretibus [c] effutiam, néve de
varia iuris naturalis acceptione pueriliter
diſceptem. cùm ſit alioqui clariſſimum, 172
legem diuinã plurimis in rebus intellectu
humano ſuperiorẽ eſſe ſolaque fide pro-
pter diuinam patefactionẽ reuelationẽm-
ve miraculis firmatam comprehendi, plu-
rimumque à lege tãtùm naturali differre.
quamobrẽ non temere neque ſine maxi-
ma cauſa D. Thomas [d] veterrimorum Ec-
cleſię ſcriptorum veſtigia ſecutus, opero- 173
ſiſſimè clariſſiméque legẽ diuinam à na-
turali diſtinxit. At Garcias nihil nouit o-
mninò diſcriminis inter legem æternam,
& legem naturalẽ, & legem diuinam, ſed

b Matth. 7. Luc. 6.

c *vide Turrecrematenſem, Dominicum Gemin. Archidiac. Præpoſitum, Hugutionem, & alios DD. ad c. 1. diſt. 1.*

172 Natura naturans Doctoribus.

d Thom. 1. 2. *queſt. tota 91. & præcipuè art 4. & qq. multis ſeqq.*

173 Neceſſaria diuinę legis à naturali diſtinctio.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

174 Origo Garciani multiplicis erroris.

confundit omnia: qui fons eſt & origo Garciani multiplicis erroris. Dices fortè pro Garcia, legem Eccleſiaſticam vel Canonicam non eſſe propriam & peculiaré ſpeciem legis differenté à lege Ciuili, cùm vtraque ſit lex humana. Reſpondeo, legē Eccleſiaſticā partim reſpectu finis vltimi deriuationisq; ex lege diuina propriè ſic dicta, partim aliter, cenſeri diuinam, ſicuti ſuperiùs oſtendebatur; ac licèt per hominem promulgetur, & hinc humana rectè dicatur, alteri tamen politiæ datur quàm lex Ciuilis, vt iam ſæpiùs ex Ariſtotele fuit inculcatum. Differunt autem ſpecie politia Eccleſiaſtica & politia Ciuilis, differunt igitur & earū leges inter ſe ſpecie, licèt humanæ ſint ambræ. Genus nempe ſubalternū hoc *lex humana*, ſpecies gignit ſubalternas has *legem Eccleſiaſticam & legem Ciuilem*. Scribit nihilominus in quæſtione nùm lex humana ſubditos obliget in foro conſcientiæ Dominicus à Soto [a] D. Thomæ interpres in vltimo ſuæ probationis argumento, ſic; Principis finis licèt proximus ſit quietus ſtatus Reipubl. ſupremus tāmen eſt ſempiterna fœlicitas ad quam temporalis ille finis tendit: ergo poteſt ſuis legibus per virtutem ſibi cœlitus donatā in illo ſupremo foro obligare. Sed hoc argumento D. Thomas ipſe non vtitur; & verò quatenus de Ciuilis legis loquitur fine, falſum eſt. quanquā ſi Principes quidam Chriſtiani ſpectent in ſuis legi-

175 Legem Eccleſiaſticā & Ciuilem inter ſe ſpecie ſubalterna differre.

176 Politica lex an obliget conſcientias.

legibus ferendis hunc finem, non vt poteſtate ſpirituali vel Eccleſiaſtica præditi, ſed vt fideles Eccleſiæ Catholicæ filij, defenſoreſque ſtrennui, id faciunt. qui finis quia non proprius eſt ipſorũ, nec ſuæ functionis, non venit in conſideratiouẽ dum propria legis cuiuſq; natura ſpectatur & quatenus vnaquæque lex eſt atq; dicitur talis. Ita quilibet homo Chriſtianus & vt ciuis cõſideratur politiæ Ciuilis cuius eſt pars, & præterea vt filius Eccleſiæ cuius eſt mẽbrum; nec interim deſinit hic vnus idemque vir functiones obire proprias & inter ſeſe planè diuerſas in vtraque politia tam Ciuili quàm Eccleſiaſtica, ſine confuſione prorſus vlla, quantũlibet in functionibus merè prophanis Chriſtianę ſemper & vbique ſit quoque memor cõuerſationis. eodẽ ſcilicet modo quo Princeps verè Chriſtianus & pius in ferendis legibus merè Ciuilibus, id eſt politicis, memor eſt legis diuinæ, non vt eius interpres vel cẽſor ſed vt ſubditus ipſemet. vnde rectiſſimè iuſtiſſimeq; legũlatores Eccleſiaſtici cunctas Imperatorum etiam optimorum conſtitutiones de rebus Eccleſiaſticis volũt omnino pro infectis habendas & irritas [a] eſſe niſi fuerint à ſummo Pontifice cõfirmatę. Superaddit Garcias, omne ius eſſe philoſophiæ moralis & Ethices; ideoque finem iuris omnis vnum eundemque eſſe: ſed non animaduertit, alios requiri mores in hominibus

177 Principes Chriſtiani quatenus finẽ ſpectent ſalutis ęternæ ſuis in legibus ferendis.

178 Principum cõſtitutiones de rebus Eccleſiaſticis quatenus ratæ ſint.

179 Morali philoſophiæ ſubijci ius Pont,

[a] *tota diſt 97. iuncto c. 1. et 2. diſt. 96 & c. ſi duo, diſt. 79.*

Chriſtianis, id eſt, Eccleſiæ Catholicæ filiis, alios in hominibus politicè tantùm conſideratis, hoc eſt ſocialiter in vnũ congregatis ad maiorem vitæ huius traducẽdæ cómoditatem; quod & per Ethnicos vel Gentiles laudabiliter fieri poteſt. Ne nunc illud hic denuo repetamus, generaliter omnis eſſe legis, vt mores formet: cuiuſmodi quidem generalia legis attributa vel officia nullo modo tollunt proprias differentias proprioſq; fines vniuſcuiuſque ſpeciei legis.

180 Totus error Garciæ logicus eſt.

Vnde totus error Garcię deprehenditur hic eſſe logicus vel dialecticus isque longè craſſiſſimus.

181 Ius omne rationis eſſe practicæ.

Lubenter itaque damus id Garciæ, ius omne referri principaliter ad mores, & quidem rationis eſſe practicæ, non ſpeculationis vel Metaphyſicæ vel Theologicæ;

182 De fide quoque fieri leges.

dummodo viciſſim Garcias fateatur atque det illud nobis, rationẽ hanc practicam ſimul ad rectam veramque fidem porrigi & extendi; quatenus quidẽ fides illa virtus eſt infuſa diuinitus, virtus inquam Theologica, promptè & alacriter & obedienter amplexãda, non autem nuda quædam ſeu perſuaſio ſeu credulitas; & ita fidei quoq; præcepta ſub rationem legis cadere, ſicuti mox clariùs apparebit. Quid enim? nónne lex eſt hæc [a], & quidem lex Euãgelica, lex inquam Princeps, & omniũ tum grauiſſima tum excellentiſſima; *Qui crediderit & baptiZatus fuerit, ſaluus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur?* Nónne lex

[a] Marci

est & hęc [a], *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, nō poteſt introire in regnum Dei?* Nōne lex eſt, & ipſius Decalogi prima, de credendo Deum vnum [b]? Nónne lex eſt & hæc, *Hoc facite in meam commemorationem* [c]? Nónne lex eſt & hæc [d] eôdē relata, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habebit vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die?* Nónne leges etiam ſunt quæcunque de rebus iiſdem vel ſimilibus ad fidē quoque pertinentibus vel in Euangelio vel à Pontifice ſanciuntur per iura noſtra? Meritò ferit eos anathematè Sacroſanctum Concilium Tridentinum [e], quicunque Christum nō eſſe verum legiſlatorem ſed ſolummodo redemptorem dixerint, eo quòd Chriſto non tantùm fidere debeamus tanquam redemptori, verùm etiam obedire tanquam legiſlatori, fiducia vel potiùs confidentia de noſtra ſalute nimis eſt vel præſumptuoſa vel temeraria niſi legibus atque mādatis Chriſti pareamus id quod veræ demum fidei eſt quæ plurimum differt ab iſta vel fiducia vel confidētia. Quare nihil mutat, quòd ius omne ſeu lex omnis pertineat ad rationē practicam ſeu ſolos ad mores in agendo faciendóque non in contemplando formādos, id quod vehementer vrget ex D. Thoma [f] Garcias [g]: quia fidei rerumque diuinarum deter-

a Ioann. 3.
b Exod. 20.
c Lucæ 22. 1. Corint. 11.
d Ioann. vlt.
e Conc. Trid. ſeſſ. 6. Can 21 de iuſtificat.
183 Legiſlator etiā Chriſtus nō tātùm Redēptor.
f Thom. 1. 2. queſt. 90. art. 1. & 2. et quæſt. 92. art. 1. & alibi frequēter.
g Garc. ibid. num. 12. & rurſus nu. 48.

184 Fidei dubia verè determinari legibus Pontificiis, non tamen Imperatoriis.

determinatio ſeu definitio per Eccleſiam hoc eſt per Eccleſiæ caput Pontificem facta, ceremoniarumque Eccleſiaſticarum præceptio, moribus Chriſtianorum rectè formandis eſt omnino neceſſaria; cùm fides, prima ſit hominis Chriſtiani virtus, baſis & fundamentum totius Chriſtianæ profeſſionis, non in ſolo vires exercẽs intellectu, ſicut ſcientiæ, ſed in voluntatis etiam conſenſu & operis impletione vel maxime conſiſtens & experimentum ſui prębens. At verò Garcias hic rurſus incredibiliter tergiuerſatur: ait enim, Pontificẽ de rebus ad fidẽ pertinentibus è ſcriptura ſacra ſcientiaq; ſupernaturali quidẽ tum cognoſcere tum determinare, ſed nõ iure condendo de rebus talibus determinare, propterea quòd ius omne ſola ratione naturali cõſtet, ſcilicet; Pontificem verò res tales ita priùs determinatas in legem tandem conijcere ſeruãdasque toti Chriſtiano populo proponere ac præcipere; nec enim quæ fidei ſunt iure determinari ſeu definiri, ſed priùs per Eccleſiam id eſt Põtificẽ determinata deinceps iure præcipi; nec articulos fidei per ius determinari, ſed antea determinatos iure ſeruandos præſcribi. & hoc illud eſſe in quo Doctores omnes, præter ipſum, ſcilicet, hallucinentur. Quid ais bone vir Garcia? Næ tu facis intelligẽdo, nihil vt intelligas: quia determinare dubia fidei cùm ſolius noſcatur eſſe ſummi Pontificis [a], nec ad quicquam

tali-

talibus in dubiis credendum nos obligēt vllæ determinationes vel opiniones hominum [a] vllorum quātumlibet ſummorum Theologorum & quidem inter Diuos relatorum, ſed ſolius Pontificis determinatio publica nos obliget; ſimul atque Pontifex ita determinauerit, iam lex eſt ipſamet determinatio. Nam ſi Garcias hic imaginetur determinationē quādam Pontificis præuiam quæ publicam determinationem præcedat, ſimilis eſt etiam præuia legiſlatoris prophani determinatio cunctis aliis in legibus ad componendos mores merè politicos cōparatis, niſi quis pręcipitē temerariūque nobis fingat legiſlatorē; neque tamen propterea rectè negatur legiſlator huiuſmodi de moribus talibus iure determinare quòd priùs ita priuatim de moribus huiuſmodi determinauerit poſtea verò maturè legem de iiſdem tulerit. Par eſt igitur & legum de fidei dubiis à Pontifice latarum ratio; per præuiam nempe Pontificis deliberationē determinationémve priuatam, nō mutari vel nomen vel naturam determinationis publicę. nec enim Pōtifex cōſilij tam pręcipitis eſt vt abſq; matura deliberatione ſiue ſecū ſiue cum aliis pręſtātiſſimis quibuſq; viris aliquid arduū cōſtituere velit. Deliberatio communicatioque legiſlatores prophani cum ſuis cōſiliariis nō facit vt propterea per alios iā priùs determinata dicātur per Imperatorē poſtea legibus

a *c. de libellis. diſt.20.*

præcipi, ſed vniuerſa determinatio ſolius & dicitur & eſt illius legiſlatoris. Cur igitur Eccleſiaſticum legiſlatorem diuinitus & quidem ſingulariter conſtitutum deteriore ponit Garcias loco? Si Garcias hoc ſolum dixiſſet, Imperatores Chriſtianos qui de fide Catholica deque ſumma Trinitate leges tulerũt, ab Eccleſia factas priùs determinationes in legẽ tuliſſe, ſuiſque ſubditis obſeruandas præſcripſiſſe, non peſſimè dixiſſet, immò ſummopere laudandus fuiſſet, qui fidei determinationem diſtinxiſſet ab obſeruationis iuſſione; cùm non ſit Imperatorũ determinare fidem, vel dubia fidei, ſed Eccleſiæ determinationes obſeruari curare vel executioni mãdare: verùm, dicere ſimul, ipſum Pontificem, ſummum legiſlatorem Eccleſiaſticum, de rebus fidei quid in dubiis conſtituentem, non iure determinare, ſed per Eccleſiam iam priùs determinata in legem referre, vel prorſus ineptè dicitur, cùm nemo ſibimetipſi dare vel à ſe ſemetipſo capere dicatur; vel ſchiſmaticè dicitur, cùm Pontificem determinationibus & opinionibus Doctorũ aut certè Concilij cuiuſpiam capite ſummo carẽtis ponat ſubijci, quale quid ſibi temere ſumebant Patres iſti Baſilienſes. Garciam tamẽ in hanc abſurditatẽ non adduxit, opinor, ſchiſmatis iſtius fauor, ſed improuida iuris vtriuſque quaſi per omnia paris comparatio, ſiue de fine quæratur vltimo ſiue de de-

185 Vel ineptè vel ſchiſmaticè locutũ Garciã, de dubiorũ fidei per Põtificem determinatione.

de deriuatione ſiue de principiis. Planè ſi quid Pontifex in legem ſuam referret Eccleſiaſticam quod iam priùs clara & indubitata lege diuina cautum fuiſſet, legem diceretur proponere tranſlatitiam non propriam id eſt Eccleſiaſticam. quod ſecus eſt in iis quæ ſunt iuris Eccleſiaſtici propriè, qualia ſunt omnia per Eccleſiam id eſt ſummum Eccleſiæ caput Pontificē tam de dubiis fidei quàm de moribus vltra ſcripturam ſacram definita, per autoritatem ſibi diuinitus [a] conceſſam: adeo vt qui de ſic per Pōtificem definitis quoad fidem deinceps vel dubitauerit vel pertinaciter ſeſe geſſerit, non minus perniciosè ſibi conſulat, nec magis ab hęreſi ſit immunis quàm qui clarum & expreſſum Dei verbum vocauerit in dubium vel ei pertinaciter obluctatus fuerit. Interdum quoque Pontifex ea quæ merè legis diuinæ ſunt in ſuam refert legem, pœna quapiam temporali ſalubriter ſancita; quòd multi minis pœnarum futuri ſeculi minimè territi per pœnas huiuſmodi Pontificias temporales in ordinem redigēdi ſint & in officio continendi.

186 Lex tranſlatitia.

a Matth. 15. Luca 22.

187 Determinationes dubiorū fidei per Pōtificem, paris auctoritatis eſſe cū cæteris fidei articulis.

188 Metus pœnarū temporaliū frequēter maior quàm ſempiternarum plurimis.

Hactenus abundè ſatisfactum ſit Garciæ ratiunculis: reſtat vt breuiſſimè quæſtiones nonnullas hinc dependentes perſtringamus. Quæritur itaque primùm, an rectè quidam tum Theologi tum IC.ti Pontificium ius appellauerint practicam quandam Theologiam. ſic enim vocant illud

189 Practica quædam Theologia rectène vocetur ius Pontificiū.

illud Aluarus ille Pelagius [a] Theologiæ Canonumque Magiſter optimus, ac nouiſſimè Melchior Canus [b] Theologorũ decus incomparabile; ſic etiam vocat illud longè præſtantiſſimus IC. Coſmas Guymierius [c] Præſes olim Pariſienſis, ne plures nunc alios hic otioſè memorem. non quòd ſacra Theologia per ſeſe praxios quoque non ſit, eſt enim Theologia per ſeſe practica quatenus verſatur circa mores & actiones, licèt magis videatur ſpeculatiua ſi finis Theologicus cum proprio ſubiecto propiùs inſpiciatur iuxta D. Thomam[d]; ſed quòd iura Põtificia ſeu leges Eccleſiaſticæ præſcribant modũ rationemque legis diuinæ faciliùs & commodiùs & efficaciùs & fœliciùs exercendæ. Nam ſiue de ſacramẽtorum quorumlibet quęratur adminiſtratione, ſiue de ceremoniis hic adhibendis & in vſum deducendis commodum, ſiue de diſciplina totius Eccleſiæ ſeu gregis Chriſtianę, ſiue de verbi diuini miniſterio prudẽter exercendo ſuis vbique locis & temporibus, Eccleſiaſticæ leges omnium harum ſimiliumq; rerũ infinitarũ directrices quædam ſunt commodiſſimæ & optatiſſimę. qua de re quoniam copioſiſſimè luculentiſſimeque ſcripſit ad Gratianũ ſummus Theologus Ioannes Turrecrematenſis [e] Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, actum hic agere quid opus eſt? Equidem ſoleo Pontificium ius rectricem ſubinde Theologiam

190 Rectrix quædam Theologia ius Pontificium.

a Alu. Pe... 2. de ſta... plãctu... ſiæ artic... in abuſi... ſcopor...

b Melch. C... lib. 8. d... Theol. c...

c Guymie... Pragma... ſanct. ... collat. ... dinat. ... ad ver... gere.

d Thom. ... 2. Sum... Theolo... artic. ...

e Ioan. de... recr. in ... mio cõ... ſuorum ... Gratian... cretum.

giam vocitare, quòd circa gubernationẽ regimenq́ue Chriſtianorum ſeu circa iuriſdictionẽ clauesq́ue verſetur, quæ propriè ſunt poteſtatis Pontificalis. quandoquidem cùm duplex vulgò tradatur clauium genus, Ordinis vnum, alterum Iuriſdictionis, cui tertium genus adijciunt nonnulli quod Scientiæ dicitur; primum genus, quòd circa ſacramentorum adminiſtrationẽ potiſſimùm verſatur, eatenus quidem Theologicæ videtur eſſe facultatis quatenus naturam, vim, ac poteſtatem ſacramentorum docet & explicat, quatenus verò modos & rationes adminiſtrãdi ſacramenta præſcribit iuris eſt Pontificij. qua de re Doctores noſtri diuerſis in locis [a] latiſſimè. Dominicus à Soto vehementer accommodatè ſcholis, *Aliud eſt*, inquit [b], *Deum ipſum per ſe aliquid inſtituere, aliud verò hominem diuinitus afflatum; nam ſacramenta Deus inſtituit, ſacramentalia verò atque alias ceremonias Eccleſia per appulſum Spiritus ſancti. quare ſacramẽta dicũtur de iure diuino, ſacramentalia verò & leges Eccleſiæ de iure Põtificio.* ſic ille. Secundum genus clauium, quod eſt nimirũ Iuriſdictionis, totũ videtur eſſe iuris Põtificij quoad iuriſdictionẽ quidem forẽſem ſeu forũ fori, quod vulgò dicitur, præter ipſam poteſtatis huius inſtitutionem quę ſolius eſt Chriſti legisq́; diuinæ, ſed quoad iuriſdictionem conſcientiæ ſeu forum poli vel pœnitentiale, totum genus hoc diui-

191 Clauiũ Eccleſiaſticarum genus triplex, variè tamen à variis acceptum, quatenus Pontificij ſit iuris & quatenus Theologiæ.

a DD ad cap. poſt tranſlationẽ. §. cùm ergo. de renunc et ad c. 1. de ordinat. ab Epiſc. qui renunc. epiſc. Ioann. Andr. ad cap. 1. de ſumma Trin. & fide Cath.

b Dom Soto in 4. ſentẽt diſt. 2. q. 2. art. 1. cõcl. 3 § ad. notanda tamen eſt differentia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diuinæ legis eſt, præter ceremonias & exercendi modum pœnarumque ſeu pœnitentiarũ quantitatem, quæ ſolo iure Pontificio præſcribuntur & explicantur. Claues ordinis à clauibus iuriſdictionis in ſacramento Pœnitentiæ ſatis euidenter diſtinguuntur in eo quòd non quilibet ordine ſacerdotali præditus & per conſequens clauibus, habeat mox abſoluendi poteſtatem, niſi vel populo cuipiam tanquam Paſtor pręſit vel huiuſmodi paſtoris vice fungatur vel alioqui priuilegio Pontificali hãc poteſtatem exercere poſſit, vt Ordinum quorundam Religioſi. qua de re conſulendi ſunt DD.[a] noſtri. Cæterum de clauibus hiſce poſt S. Thomam[b] pleniſſimè Dominicus[c] à Soto in librum quartum Sententiarũ Petri Lombardi per integras quinq; diſtinctiones; & breuiter, attamen luculenter, Catechiſmus ex decreto Concilij Tridentini confectus, partim in explicatione articuli fidei CREDO REMISSIONEM PECCATORVM, partim in Sacramento Pœnitentiæ diuerſis in locis. Iam tertium clauis genus quod ſcientiæ dicitur, proculdubio totum ſacrę Theologię ſolius eſt, non iuris Pontificij; cùm ad ſacræ ſcripturæ pertineat intelligentiã, quæ Theologorũ propria eſt. Cuiuſmodi clauis in ſacra ſcriptura ſubinde videtur nominari clauis nunc[d] domus Dauid nũc[e] ſcientiæ nunc[f] Dauid ſimpliciter. Quanquam

quam ſanè Ioannes [a] 22. Pontifex Maxi-
mus nullas videtur agnoſcere claues alias
quàm quæ conſiſtunt in poteſtate ſeu iu-
riſdictione regni cœleſtis vel aperiēdi vel
claudēdi;prolata ſimul ex doctoribus de- 192
finitione [b] clauis tali: *Clauis eſt ſpecialis* Clauis quid
*poteſtas ligādi atque ſoluendi, qua iudex Ec-* Ioanni PP.
*cleſiaſticus dignos recipere & indignos exclu-* XXII.
*dere debet à regno.* qui locus omniū in toto
iure Pōtificio de clauibus longè pulcher-
rimus eſt. gloſſa tamen quæ dicitur ordi-
naria [c] Bibliorum, claues dicit eſſe diſcer-
nendi ſcientiam & potētiam qua dignos
recipere indignos excludere debet à re- 193
gno. Veruntamen D.Thomas [d] hæc tria Clauiū di-
clauium genera, videlicet, Ordinis, Iuriſ- ſtinctio D.
dictionis, & Scientiæ, paulò ſeciùs definit Thomæ.
„ atq; diſtinguit; ita nimirum: clauis Ordi-
„ nis, per quam regnū cœlorum alicui ape-
„ ritur; & iſta tantùm eſt præſbyteris con-
„ ceſſa: Clauis Iuriſdictionis, per quam ali-
„ quis admittitur & excluditur à regno Ec-
„ cleſiæ militantis; & hæc etiam aliis quàm
„ ſacerdotibus eſt conceſſa: Clauis Sciētiæ,
„ non importat ſciētiæ vel cognitionis ha-
„ bitum, ſed authoritatem diſcernendi ſeu
„ cognoſcendi; quod pleniùs explicuerat
paulò ſuperiùs [e] aduerſus ipſum Petrum
Lombardum [f] qui ſcientiæ clauem ſumit
etiam pro habitu ſeu ſcripturæ ſacræ Ca-
nonumque ſcientia. quo loco videmus
D.Thomam latiùs accipere clauem Or-
dinis, & reſtrictiùs clauem Iuriſdictionis,
& iu-

a c. vlt. Quia nōnūdam. de verb. ſignif. extrauag. Ioannis 22.

b extrauag. ſt. non longè princ. verſ. Clauis eſt.

c Gloſ. ordin. c. 16. Matth. ad verb. Et tibi dabo claues regni cœlorum.

d D. Thom. in 4. ſent. d. diſt. 19. artic. 1.

e D. Thom. in 4. ſent. d diſt. 18. q. 1. art. 1.

f Magiſt. ſent. lib. 4. diſt. 19. in princ.

& iudicatoria, dico cognitoria, ſignificatione clauem Scientiæ. quemadmodum nempe iudicis cuiuſlibet in exercendis iudiciis officium conſiſtit in duobus, in cognoſcendo priùs, ac in dirimendo poſteriùs, ita confeſſarij cuiuſlibet in exercēdo Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrādi officio munus eſt ſagaciter peccata dignoſcere priùs, ac deinceps debitam pronunciare ſententiam; quorū hoc Ordinis claui D. Thomas attribuit, illud claui ſciētię. Cæterum ſiue cum D. Thoma ſiue cum Lombardo ſcientiæ clauē capias & interpreteris, nō ſolius erit legis diuinæ ſed legum ſimul Eccleſiaſticarū clauis hæc ſciētiæ ſic accepta; quandoquidē confeſſario, tāquam iudici, legis vtriuſque tam Eccleſiaſticæ ſeu Pōtificiæ quàm diuinę neceſſaria prorſus eſt cognitio [a], ſi rectè ſit inter peccatorum diſcrimina diſcreturus & in abſolutionis ferenda tandem ſententia ſalutares vbique ſentētias iniuncturus. Vt vt hæc diſtinxeris, illud certè liquet ex hactenus allatis, rectiſſimè dictū fuiſſe præſtantiſſimis illis à viris paulò ſuperiùs memoratis, iuš Pōtificium practicam quandam eſſe Theologiā, vel vt ego dicere ſoleo, Theologiā quandam rectricē; præſertim cùm ad cultū Dei & ad animarū ſalutem, cōgregatis in vnum Eccleſiæ corpus Chriſti fidelibus, totū ius hoc referatur; principiis atq; fundamentis Theologicis conformiter. quo prę cæteris argumento Theolo-

a c. inter ra. ... off. iud.

194 Eccleſiæ legumlatoribus & rectoribus obediri præcipit ipſe D. Paulus.

Theologus vt abſolutiſſimus ita grauiſſimus Alphõſus de Caſtro [a] refellit hæreticos noſtri ſeculi quoſdam qui leges Eccleſiaſticas & Eccleſiaſticam poteſtatem vel contemnunt vel minuunt; cùm tamen ipſemet Apoſtolus [b] apertiſſimè de paſtoribus & rectoribus loqueretur Eccleſiaſticis dum iuberet obediri Præpoſitis qui peruigilant quaſi rationem pro ſubditorum animabus reddituri.

Quæſtiunculas cõparationibus odioſiores à multis moueri ſolitas ingredi nolo, contentus indicaſſe ſcriptores illarum nõnullos paulò celebriores. Quęrunt itaque, ſitne recurrendũ potiùs ad cõſulendos Theologos an ad iuris Eccleſiaſtici profeſſores de materia Põtificali ſacris tamen ex literis omnino dependẽte. qualis eſt hæreſis, vſura, ſimonia, matrimonium cum diuortio, iuſiurãdum, periurium, votũ, indulgẽtiæ, decimæ, ſimilesq; materiæ cõplures. Quam queſtionẽ pręcęteris latiſſimè tractauit ex noſtris quidẽ Petrus Ancharanus [c], & Petrus Rauennas [d], & Nicolaus Euerardus [e] in locis Dialecticis; ex Theologis verò Conradus ille Summenhartius [f] vir tũ philoſophiæ tum ſuæ profeſſionis lõgè peritiſſimus, & nouiſſimè Melchior Canus [g] in ſuis locis Theologicis: vnoquoq; profeſſioni potiſſimũ ſuæ, ſicuti fit, ſuffragãte. Rationes vtriuſque partis excutiat qui volet. Equidem, pro more meo perpetuo, Theologos tali-

195 Ad vtros potiùs recurrendum ſit in quæſtionibus communibus, ad Theologos an ad Pontificios Iuriſperitos.

a [A]lphonſ. de [Ca]ſt. aduer[ſu]s omnes hæ[re]ſes. verbo [E]cleſia hæ[re]ſ. 2. ſub me[di]um.

b [H]ebr 13.

c [An]cch. in diſp. [...]a cuius ini[...], Antiquis [...] modernis [te]mporibus.

d [Pe]t. Rauen. in [co]mpẽdio ſuo [iu]ris Ciuilis. [...]. dicta nobilia vtriuſ[q]ue iuris. §. [...]c in loco [...]olo adduce[...] quædam [...]elchra ver[...]a Petri de [A]ncharano.

e [N]icol. Euerard. in loco [a]b authorita[te] num. 7.

f Cõradus Sũmenh. de cõ[t]ract. q. 49.

g [M]elch. Canus [l]ib. 8. de locis Theol. cap. 7.

talibus de rebus differentes perlubenter audio, meaſq́; reſolutiones ex illis, potiſſimùm tamen ex D. Thoma, plerumque depromo; de iure quopiam tali cõſultus, frequẽter Theologos adhiberi religioſè deſidero;

*Dulciùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ.*

Sed hoc vnum frequẽtius indignor, haſce duas præſtantiſſimas Eccleſiæ Chriſti diſciplinas non ab omnibus & ſingulis qui præſtantes & excellentes aliquando vel Theologi vel Pontificij DD. haberi volunt, aſſiduo ſtudio cõiungi; ſicut ex plurimorum Canonum decretis cõiungi deberẽt: & quod indignius eſt, illis qui tam neceſſariæ coniunctioni ſtudent inuideri: minutulus reuera iuris Pontificij Doctorellus erit, qui ſacrarũ literarum rudis inuenietur; Theologus erit admodum ieiunus, qui ſacros Canones (literarum ſacrarum fideliſſimos atque certiſſimos multis in locis interpretes) ignorauerit. quis vnquã priſcos apud philoſophos in eruditorum fuiſſet receptus album, niſi qui priùs vniuerſam confeciſſet omnis eruditionis ἐγκυκλοπαιδειάν? quonã pacto fieri poſſet vt quis in Eccleſiaſtici iuris excellat cognitione, niſi ſaltem philoſophiam, niſi Theologiam, niſi rerum ſimul in Eccleſia geſtarum teneat antiquitatem? Nihilominus tamen candidiſſimè ſinceriſſimeq́ue Melchior Canus, *Nec alienum eſt*, inquit[a], *à vera coniectura Chriſtum Dominum in-*

a Melch. lib. 8. Theolog. 7 ſub vers. de in modi nonũ pretat

num in-

*num iuris Pontificij periti quodãmodo etiam adeſſe in legum Eccleſiaſticarum vera interpretatione.* pauloque poſt; *Deus*, inquit, *quoniam non deficit in neceſſariis, nõ in Theologos ſolùm ſed in iuris Pontificij peritos ſpiritum veritatis effudit.* Sanè de rebus ſuæ cuique facultati propriis & peculiaribus longè certiùs & exactiùs iudicabit quiſq; quàm quilibet alius, etiamſi res illæ ſint aliunde depromptæ. ſic de Muſica longè iudicabit meliùs ipſe Muſicus quàm Arithmeticus quantúlibet ex Arithmeticæ principiis hauriantur Muſices præcepta. ſic de re Medica longè iudicabit ſinceriùs integriusque medicus ipſe, quàm quiſquã alius, philoſophię naturalis etiam peritiſſimus, quantumlibet ex phyſicorum principiis aphoriſmi regulæque cũ præceptis medicorum depromãtur. ſic de moribus ciuium, vt ac tanquam ciuium, rectè formandis, quoad vſum captumque fori iudiciorumque, longè iudicabit certiùs & ſolidiùs ipſe tum legiſlator tum Iuriſcõſultus, quàm vel philoſophus vel Theologus vllus quantumlibet ex principiis partim philoſophiæ moralis partim ſcripturę ſacræ (ſi ſpectes ius Pontificiũ) pręcepta huiuſmodi deriuentur. quæ ratio Doctoribus hac de quęſtione diſputantibus hactenus in mentem non venit; cùm tamen ſit ſolidiſſima. qui ſic? quia quę generaliter duntaxat in principiis conſiderantur, ea ſigillatim, particulariter, & in

196 De qualibet ſcientia vel arte meliùs iudicare peritos artis eiuſdẽ quã illos ex quibus eiuſdẽ ſcientię vel artis principia depromuntur,

ſpecie vel in indiuiduo pro multiplicium circumſtantiarum varietate ſingulis cauſis atque negociis per publicos magiſtratus atque iudices applicantur & ex æquo bonoq́ue decernuntur, proprium iuridicæ facultatis officium. Quod & in mate-

197 De fide vel hereſi iudiciũ forenſe Theologis an cõmittendum.

ria fidei, quatenus in forum iudiciale deducitur contra vel hæreticos vel ſchiſmaticos, non ineptè dici poſſe videtur; vt nimirum non tam principiorũ ratio ſit habenda quàm deriuationis; vnde dubio nõ caret an (quod vult Melchior Canus [a]) expediat vt iudicia inquiſitionis hæreticæ prauitatis æque per Theologos (grauiſſimo tribunali ſimul adiungendos, qui de culpis iudicent) atque per iuris Pontificij peritos exerceantur. Nam quis vnquam

198 Nouũ tribunal Theologorũ forenſe.

vidit vllum tribunal iudiciale ſeu forenſe Theologorum? quænam foret iſta rerum ſcena? ſolius eſt Pontificis in caſibus nouis hæreſin definire, ſicut & fidem; veteribus autem in caſibus iura iam deciſa ſufficiunt: ita vt huiuſmodi nouo tribunali Theologico non magnopere videatur opus.

199 Theologi Canoniſtis an præferẽdi ſint in beneficiis & prælaturis Eccleſiaſticis.

Quærũt & hoc noſtri Doctores [b], vter in præfecturis Eccleſiaſticis videatur præferendus, an Theologus, an (ſicuti loquũtur [c]) Canoniſta: Reſolutio, qualis antea. Certè ſacroſanctum Concilium Tridentinum pluribus locis [d] gradum ſcholaſticum iuris Pontificij, non deteriori vult eſſe loco quoad Eccleſiaſtica beneficia plera-

pleraque obtinenda vel honores Eccleſiaſticos adipiſcendos atque gerendos, quàm gradum Theologicum; quòd vtraque ſcientia ſit Eccleſiæ prorſum neceſſaria: ſorores enim ſunt, ſi finis conſideretur; vel potius mater & filia, ſi deriuatio ſpectetur.

Immenſa & infinita imméſi & infiniti 200
Dei Optimi Max. bonitas noſmetipſos hactenus imbecilli & ſcholaſtico more, quinimmò rudi craſſaque minerua de vltimo iuris Eccleſiaſtici fine ad ſui nominis gloriam & Eccleſiæ ſuæ decus ac honorem diſſerétes, ad finem infinitum hoc eſt ad ſemetipſum benigniſſimè perducat, immò pertrahat; vt in ipſomet illo fine beatiſſimo ſine fine ſuauiter & beatè tandem conquieſcamus. Amen.

Finis infiniti deſiderium.

## CAPVT TERTIVM

*De Eccleſiaſticæ legiſlationis & Iuriſdictionis antiquitate, dignitate, auctoritate, neceſſitate, ex clariſſimis Teſtamenti noui teſtimoniis; quibus obiter & Eccleſiaſtica hierarchia cum Eccleſiæ auctoritate ſupremiq; Pontificis primatu, & perpetua gubernationis Eccleſiaſticæ ſucceſſio, ſtabilitur; quin & ipſum nomen Conſtitutionum, Traditionum, Canonum, Decretorũ comprobatur; & Conciliorum tum vniuerſalium tum prouincialium & diœceſanorum ſeu Epiſcopalium fontes aperiuntur, & vniuerſa denique legiſlationis Eccleſiaſticæ mate-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*materia, ſiue de fide quæratur ſiue de moribus, panditur. Et vt aliter caput Eccleſiæ ſit Christus, aliter Petrus vel Pontifex Romanus.*

201 Antiquitas iuris Eccleſiaſtici ſeu Pontificij.

IVs Pontificium, ius eſt Eccleſiaſticum; cuius ob id antiquitas ex ipſius Eccleſiæ luceſcit ortu. nam cœtus omnis atque ſocietas omnis humana neceſſariò ſuis habet opus legibus iam inde à prima ſui conſtitutione;

202 Nullus hominũ cœtus abſque legibus, ne conſceleratorum quidem.

ne conſceleratis quidẽ hominum facinoroſorum conſpirationibus exceptis. id quod & ratione ducti naturali præſtantes Philoſophi, Plato, Xenophon, Ariſtoteles, alij, ſuis in legibus atq; variis rerum publicarum formis minimè prætererunt, & experientia rerum tacentibus etiam cũctis vbique comprobauit.

203 Legum Eccleſiaſticarũ apud antiquiſſimos mentio.

Certè legum Eccleſiaſticarum (ſic enim nominant antiqui Pontificium ius) iam à primordiis Eccleſiæ Chriſtianæ conditarum præter alios plurimos meminêre viri nonnulli partim temporibus Apoſtolicis partim ſeculis paulò poſterioribus illuſtres, atque adeo Chriſti Martyres, iidemq́ue Pontifices Romani, D. Anacletus [a], D. Calixtus [b], D. Fabianus [c], D. Stephanus [d].

204 Temporis Apoſtolici ſedulitas in legibus Eccleſiaſticis condendis, vt & omnis æui ſuccedentis.

Item D. Hilarius [e] Pontifex in epiſtola ad Epiſcopos prouinciæ Tarraconenſis, non Martyr quidem Chriſti ſed eius cum vitæ ſuę periculo Confeſſor cõſtantiſſimus atque ſanctiſſimus. quorum perpetuam circa leges Eccleſiaſticas ſedulitatem, ſicut & cæterorum plerorumq́ue Ponti-

Pontificum Romanorum D. Petri ſucceſſorum, tota loquitur & clamat poſteritas; peculiaribus tum conſtitutionum tum Conciliorum per auſpicia Pontificia celebratorũ voluminibus inſtructiſſima: non libris tantùm noſtris hoc eſt corpore ſicuti vocant Canonico, verumetiam Conciliorum Tomis quattuor ingẽtibus per Laurentium Surium Carthuſianũ poſtremò congeſtis luculenter teſtantibus. Nec mirum; cùm leges Eccleſiaſticæ cœperint vnà cum ipſa Eccleſia; quæ quãdiu regetur & quãdiu ſtabit, tamdiu legibus pro re nata nouis atque nouis indigebit, pro negotiorum ſcilicet humanorum in his Eccleſiaſticæ quaſi nauis vndique cõcuſſæ fluctibus exorientium varietate & inconſtãtia; quemadmodum fit & in Ciuili politia per huiuſce ſeculi ſeu Principum ſecularium cõſtitutiones variaſque populorum quorũlibet leges: rebus humanis nimirũ quotidie nouis atque mutabilibus nouas atque mutabiles exigentibus leges, quaſi malorum nouè naſcentium noua pharmaca.

205 Nouis atq; nouis opus eſſe ſemper legibus.

Dei Eccleſia, priuſquam Chriſtus Dominus naſceretur, anguſtis admodũ concluſa gentis vnius propè finibus, ab orbe condito ſuis quibuſdã regebatur legibus primùm non ſcriptis deinde per Moſen ſcriptis; in quibus quidquid eſt cæremoniarum vel Pontificatus Aaronici ius fuit Eccleſiaſticum ſeu Põtificium populi Iudaici.

206 Eccleſiaſticæ leges ante Chriſtũ natum iam inde ab orbe condito.

207 Eccleſiæ Chriſtianę leges; auctoritate tũ ipſius Chriſti Domini, tum Apoſtolorum, fieri iuſſæ; totiusque ſtatus Chriſtiani vel Chriſtianiſmi neceſſitatibus ita poſtulantibus deſideratæ.

208 Teſtimonia Chriſti Domini de Eccleſia ſua legibus oportunis excolenda.

209 Solum Petrum vniuerſaliter accepiſſe claues; reliquis Apoſtolis in partem duntaxat ſolicitudinis admiſſis eiq; iunctis à Chriſto.

daici. poſt natũ, paſſum, & rediuiuum Chriſtum, latiùs Eccleſia Chriſti propagata, totius orbis terrarum complexu lætabundè & exultabundè mox excepta, variis legibus Eccleſiaſticis vel Pontificiis prudentiſſimè ſapientiſſiméque pedetẽtim fuit exculta. ſic ipſo Chriſto volente, ſic Apoſtolis ipſis docentibus, & quidem in ipſo noui Teſtamenti volumine; ſic denique perpetuo totius Eccleſiæ ſtatu vel ſi mauis decurſu prorſus poſtulante. quę ſingula tria breuiter probemus. Quęris igitur vbinam ſic ipſe Chriſtus voluerit? Cùm alibi, tum quinque præcipuè locis. Primò, vbi ſingulariter [a] claues regni cœlorum ſoli Petro dedit vniuerſaliter. Secundò, vbi generaliter deinceps omnibus Apoſtolis tum ante [b] mortem ſuam tum poſt reſurrectionem [c] ſuam priuſquam in cœlos aſcenderet, poteſtatem ligandi ſoluendique, ſine mentione clauium (ſoli Petro iam priùs conceſſarum) quaſi ſub alis eiuſdem Petri, communicauit; vtpote vocatis & adſcitis in partem ſolicitudinis Eccleſiaſticæ; à Petro Petrique ſucceſſoribus Romanis [d] Pontificibus de pleniſſima illa clauium poteſtate in alios aliorum Apoſtolorum ſucceſſores Epiſcopos [e] pro ſuis quoſq; prouinciis & diœceſibus in poſterum deriuandæ. Nam quod Melchior [f] Canus vir alioquin emũctiſſimæ naris alios [g] quoſdam ſecutus exiſtimat, Apoſtolos omnes priui-

210 Inter Apoſtolos diſcrimen poteſtatis fuiſſe.

priuilegio quodam ſingulari perſonalique fuiſſe paris omnino poteſtatis, id equidem non adeo ſolidè dici putauerim: quandoquidem non obſcurè præ ſe fert, immò ſatis clarè profitetur Diuus Anacletus, ipſorum etiam Apoſtolorum diſpatem fuiſſe poteſtatem, quoad iuriſdictionem nempe in vniuerſum, ſeu principatum ſeu primatum; licèt par fuerit poteſtas quoad muneris Epiſcopalis in ſuis cuique prouinciis functionem. quô pertinet quod ſcribit [a], inter beatos Apoſtolos quandam fuiſſe diſcretionem poteſtatis: Petro enim à Domino conceſſum eſſe vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis. Et ita ſumendum eſt quod ait alibi, cæteros Apoſtolos cum Petro pari [b] cõſortio honorem & poteſtatem accepiſſe quidé, attamen Petrum eorundem Principem fuiſſe. quibus ipſiſmet penè Anacleti verbis religioſè fuit vſus & ipſe D. Cyprianus [c]. quam ſententiam poſt alios etiam noſtros interpretes antiquiores pulcherrimè comprobat Præpoſitus [d]. Atque de clauibus Petro ſoli datis latè Pighius [e]. quo ſemel obiter ac breuiter admonito, reliqua memorare Chriſti teſtimonia pergamus. Tertiò, vbi fratrum confirmationem [f] ſoli Petro ſingulariter item imperauit & iniunxit, quo ex loco ſoli Romano Pontifici competit ius confirmationis aliorum omnium Patriarcharum, ſuorum nempe confratrum; immò & exemptorũ

211 D. Cyprianus de Apoſtolorũ poteſtate locutus, formã priſcorum Pontificum religioſè ſeruauit.

a Anacl. in epiſt. 3. ad omnes Epiſcopos. verſ. inter ceteros Apoſtolos, et d. c. ſacroſancta. §. vlt. diſt. 22.

b c in nouo Teſtam diſt. 21

c Cypr. tract 3. de vnitate Eccl. & c. loquitur, in prin. 24. q. 1.

d Præpoſ. ad c. vlt. diſt. 94.

e Pighius lib. 3. Eccleſ. hierarch. cap. 9.

f Luc. 22.

quorumlibet Eccleſiæ Præſulum, etiã inferiorum, velut Abbatum. Sic illud Christi Petro loquentis, *Confirma fratres tuos*, explicat & accõmodat dexterrimi vir ingenij D. Antonius Poſſeuinus [a].
4 Quartò, vbi ſoli Petro ſemel iterùm atque tertiò ſingulariter etiam commẽdauit [b] vniuerſum ſuum gregem, quod boni paſtoris eſt
5 & rectoris, paſcendum. Quintò, vbi de rebellibus & obſtinatis hominibus iudiciũ Chriſtus Dominus permittit [c] Eccleſiæ hoc eſt Eccleſiæ Præfectis; adeò vt ſi quis eam contempſerit, omnino ſit habendus
212 velut Ethnicus & Publicanus. in illo nẽpe loco per Eccleſiam ineptè quis intelligeret vniuerſum Chriſtianorum cœtum, cùm iudicia coërcitionesque non penes totum populum ſed penes pauculos aliquot neceſſariò ſint Præfectos vel Magiſtratus. ineptiùs autem illic per Eccleſiam intelligerẽtur ipſa loca Chriſtianorũ quò conueniebãt vel templa vel ædes ipſæ ſacræ, cùm ſaxa lapidesque vel aliæ quælibet inanimes materiæ non queãt iudicare, ſed hominum ſit hoc munus poteſtate ſeu iuriſdictione præditorum. Ex eodem Chriſti mãdato *dic Eccleſiæ* ſimul intelligimus
6 qualẽ quantamq; vim habeat illud Chri-
213 ſti ad ſuos Apoſtolos atque diſcipulos dictum [d], *qui vos audit, me audit; qui vos ſpernit, me ſpernit*. Quæ omnia ſuperiora, & poteſtatis & Iuriſdictionis & legiſlationis, in Petri quidẽ ſucceſſoribus primariæ

*Dic Eccleſiæ*, quomodo ſumẽdum.

Qui vos audit me audit, quò pertineat.

a Ant. P[...] nus in [...] Moſcou[...] loquio [...] rum pri[...] Duce M[...] uia.

b Ioann.

c Matth.

d Matth. Luc. Ioann.

ſupre-

ſupremæque in aliis verò ſecūdariæ & inferioris, auctoritatem ſonant. quorſus autem Iuriſdictio, quorſus auctoritas legiſlatoria, quorſum poteſtatis prærogatiua, ſi re ipſa non exerceretur cōtrouerſiis abſolutè ſeu citra vlteriorem prouocationē dirimendis, legibus Eccleſiaſticis opportunè ferēdis, malis moribus Chriſtianorum bona diſciplina cenſuraque corrigendis? Hæc euangelica teſtimonia modò producta ſic accipiēda eſſe quemadmodum nos hîc accepimus, vniuerſa teſtatur antiquitas Eccleſiaſtica, vniuerſus Doctorum & interpretum ſacræ ſcripturæ ſanctiſſimorum tum Græcorum tum Latinorum cœtus, vniuerſa Chriſti Eccleſia. quod in Syntagmate de Hiërarchia inter Eccleſiaſticas noſtras antiquitates aliàs edito pleniùs oſtendimus, & pro parte ſimul in Syntagmate de prouocatione à Pontifice ad Concilium non admittenda. 214

Apoſtolorum hac de re teſtimonia in ipſo noui Teſtamēti libello.

Videamus nunc, quod ſecundo loco proponebamus, vbinam tale quid, Eccleſiaſticis inquam de legibus populo Chriſtiano tradendis, aliquando docuerint in ipſius noui Teſtamēti voluminibus Apoſtoli. Primùm, conſpicimus ab Apoſtolo
1 Petro [a] πνευματικὸν οἶκον. i. *ſpiritualem domum* vocari Eccleſiam. Quemadmodum
2 & à D. Paulo [b] θεοῦ οἰκοδομήν. i. *Dei ædificationem*. cuiuſmodi domus & ædificatio quilibet etiam Chriſti fidelis dici quidem poterit, ſed vt Eccleſiæ membrum. Quis

a 1. Petri 2.

b 1. Corint. 3.

autem tam cœcus eſt aut vnquã fuit qui non videat vnamquamque domum ſuo opus habere Rectore Gubernatore Patrefam. qui ſingulis domeſticis agẽda prę-ſcribat & omnes in officio contineat? vnamquamque item ædificationẽ ſuo in-
5 digere Architecto? Et verò præcipit idem Paulus [a] vt omnia fiant in Eccleſia ἐυσχημόνως καὶ κα]ὰ τάξιν. i. honeſtè (vel vt alij vertunt decenter) & ſecundum ordinem. per qualem ἐυ]αξίαν ſeu boni regiminis & ordinis obſeruationem leges omnes Eccleſiasticæ ſeu Cõſtitutiones & iura Pontificia ſartum tectũ perpetuo conſeruant
4 vniuerſum Eccleſiæ ſtatũ. Quin & ipſum propè argumentum ſatis locuples talium Conſtitutionum ſeu legum promulgandarum ipſe D. Paulus [b] indicauit; *quæcunque ſunt*, inquit, *verà, quæcunq; pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ; hæc cogitate: quæ & didiciſtis & accepiſtis & audiſtis & vidiſtis in me. hæc agite; & Deus pacis erit vobiſcum.* Dico quid amplius, Apoſtolos in ipſo noui Teſtamenti libello non tantùm Eccleſiaſticæ diſciplinę in omnem perpetuitatem diligenter obſeruandę facere mentionem, verumetiam Cõſtitutiones quaſdam ſeu leges Eccleſiaſticas populo Chriſtiano tradidiſſe, partim ſcriptas partim nõ ſcriptas. id enim clariſſimè ſcribit ipſe D. Paulus [c] ad Theſſalonicenſes in hanc ſenten-

ſententiam; *ſtate & tenete traditiones* (Grecè παραδόσεις) *quas didiciſtis ſiue per ſermonem ſiue per epiſtolam noſtram*. & clariùs 5
adhuc D. Lucas[a] in Actis Apoſtolicis de 6
eodem Paulo qui Syriã & Ciliciam perambulabat; *confirmãs*, inquit, *Eccleſias; præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorũ*. qui totus locus Græcè multò ſignificantiùs oſtendit, illa præcepta fuiſſe veras Conſtitutiones Eccleſiaſticas ab Apoſtolis conſtitutas. ait enim Lucas, διαδάσσων φυλάσσειν τὰς διαταξεις τῶν Ἀπο όλων καὶ πρεσβυτέρων. quam totam clauſulam licèt hæretici quidam priſci ſuſtulerint è 216
contextu Lucæ, tamen res eadem repetitur, & quidem longè clariùs repetitur, ab eodẽ D. Luca ſequenti mox capite[b]. *Cùm* 7
*autem tranſirẽt ciuitates*, inquit, de D. Paulo atque Timotheo, *tradebant eis cuſtodire dogmata quæ erant decreta ab Apoſtolis & ſenioribus qui erant Hieroſolymis*. vbi Gloſſographus, qui vocatur, Ordinarius poſt veteres omnes & Græcos & Latinos Eccleſię Doctores per vnicam dumtaxat in- 217
terlinealem voculam *dogmata* pręclarè & inſigniter interpretatur *ſtatuta*, quæ ſunt veræ Conſtitutiones atque leges Eccleſiaſticæ iam tum ab Apoſtolis factæ traditęque Chriſtianis. Ac promittit Corin- 8
thiis ipſe D. Paulus[c], cùm venerit eô, *ſe cætera* (quæ nimirum ad Eccleſiaſticam pertinent diſciplinam) *diſpoſiturum* ſeu conſtituturum. nam Græcus contextus ha-

bet

[a] Actor. 15 in ipſo fine.

[b] Act. 16.

[c] 1. Corint. 11. in ipſo fine.

Hæretici ſacræ ſcripturæ mutilatores.

Cõſtitutiones Apoſtolorũ ſeu διατάξεις.

bet διατάξομαι, quod eſt *conſtituam*; vnde nomen Eccleſiaſticarum Conſtitutionum deſcendit. Leges igitur ſeu Conſtitutiones Eccleſiaſticas iam tű accipiebat Eccleſia Chriſtiana.

218 Tertiò poſtremoque conſideremus, quomodo re ipſa ſtatus Eccleſiæ perpetuus iam inde à primis initiis neceſſariò leges Eccleſiaſticas vel quod idem eſt iura Pontificia ſeu Conſtitutiones Apoſtolicas deſiderauerit, deſideretque etiamnű, & ad finem vſque mũdi ſit deſideraturus. quod ipſum licèt ex his quæ iã dicta ſunt ſatis liqueat, & per ſeſe clariſſimũ ſit, adeò
219 vt qui contrà ſentiunt ipſa videantur petere principia, tamen quia cum impudentiſſimo nobis negotium eſt ſeculo, breuiter demõſtremus; idque, ne cuiquam ter-
220 giuerſandi relinquatur occaſio, rurſus ex ipſa noui Teſtamẽti hiſtoria ſeu expreſſo ſcripturæ ſacræ verbo. Siue fidem ſpectes igitur, ſiue mores populi Chriſtiani (quô referuntur [a] omnia quæcunque libris omnibus tum ſacris tum Eccleſiaſticis vel
221 Pontificiis tradűtur) mox à Chriſti aſcenſione legibus Eccleſiaſticis opus fuiſſe declarauit inſignis illa inter ipſos Apoſtolos de Moſaicæ legis vnà cum Euangelio obſeruatione dubitatio; de qua D. Lucas [b] in Actis Apoſtolicis; quę Concilij Hiero-
222 ſolymitani Omnium primi cauſa fuit, vbi re diligenter excuſſa, tandem placuit vnanimiter, iugum Circumciſionis legiſque Moſai-

218 Statui toti⁹ Chriſtianiſmi neceſſariò legibus eſſe ſemper opus, ex ipſa probatur noui Teſtamenti ſcriptura.

219 Seculũ hoc impudẽtiſſimum.

220 Omnis legiſlatio ſacra vel ad fidem pertinet vel ad mores.

221 Dubitatio tẽporibus Apoſtolicis de Moſaicæ legis obſeruatione.

222 Primũ Cõcilium Eccleſię Chriſti.

Moſaicæ non eſſe cuiquam imponēdum.
quo in loco ſimul & ipſa formula decer-
nendi conſtituendique videtur obiter in-
dicari per hæc Apoſtolorum in illo Con- 223
cilio congregatorum verba; VISVM
EST SPIRITVI SANCTO ET
NOBIS, &c. Sic enim Chriſtus ipſe
priuſquam crucē ſubiret Apoſtolis pro-
miſerat [a], ſanctum Spiritum ipſos omnia
poſteà docturum. quod & rediuiuus ite-
rum confirmauit [b], nimirum ad finem vſ-
que ſeculi ſe in omni vel periculo vel du-
bio cum ipſis futurum; ne quis fortè ridi-
culus exiſtimaret ipſorum dumtaxat per-
ſonis & non omnibus ipſorūmet in po-
ſterum ſucceſſoribus hoc ipſum promit-
ti. quod & Ordinarius quem dixi Gloſſo-
graphus, poſt D. Cyprianū [c], poſt D. Am-
broſium [d], poſt Theophylactum [e], poſt
alios plurimos nō ſolùm Latinos verum-
etiam Græcos, admonuit [f]. *Quod Apoſto-
lis*, inquit, *hoc per ſucceſſiones vniuerſali Ec-
cleſiæ promittit*. Obſerua tu ſingulariter il- 224
lud NOBIS in illa formula Decreti Hie-
roſolymitani. quia non cuilibet ſpiritui
credendum [g] eſt, quem ſe vel ſceleratiſſi-
mus quiſq; ſchiſmaticus & hæreticus pu-
tat & gloriatur habere ſanctum; ſed Spi-
ritui illi ſancto qui NOBIS id eſt Eccle-
ſiæ id eſt Præfectis Eccleſiæ ſub vno Ca-
pite Petro Petrique ſucceſſore quocunq;
Romano Pontifice militantibus, pro re
nata loquitur: Pōtifice ſolo cæteros om-

nes

VISVM EST SPIRITVI SANCTO ET NOBIS, quorſum pertineat.

Illud NOBIS quorſum.

a Ioann. 16.

b Matth. vlt. in ipſo fine.

c Cyp. in epiſt. ad Sergiū Rogatianū. cuius initiū eſt, Saluto vos fratres chariſſimi.

d Ambr. lib. 2. de vocatione omnium gentium. in ipſo princ.

e Theophylact. in ipſo fine cap. vlt. Mat.

f Gloſ. ordinar. in d. locum D. Matthæi.

g Ioann. 4.

nes ad extremum confirmante, dubiumque quoduis tollente, ne ſemper in incerto miſerabiliter hæreamus. Pulcherrimũ quid ſcribit hac de re D. Hieronymus [a]. *Habent quidem eãdem iudiciariam poteſtatem*, inquit, *alij Apoſtoli, quibus poſt reſurrectionem Chriſtus ait, accipite Spiritum ſanctum; quorum remiſeritis &c. Habet etiam omnis Eccleſia, in presbyteris & Epiſcopis. Sed ideo Petrus ſpecialiter accepit, vt omnes intelligant quòd quicunque ab vnitate fidei & ſocietate eius ſe ſeparauerit, nec à peccatis ſolui, nec cœlum poteſt ingredi.* vbi vel pronomẽ EIVS ad ipſum Petrum ab Hieronymo referri putandum eſt vel certè mens Hieronymi ſic accipienda vt Hierarchicum velit ordinem ſtabilire, quo feliciter Eccleſia tota ſub vno Capite regatur. Theophylacti verba lubet ſubijcere quòd omniũ cõmodiſſimè promiſſum illud Chriſti mox in cœlos aſcenſuri declarent. οὐ μόνοις δὲ τοῖς Ἀποςόλοις τοῦτο ὑπέσχετο, τὸ συνεῖναι αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς. οὐ γὰρ δήπου οἱ Ἀπόςολοι ἄχρι τῆς συντελείας ἔμελλον ζῆν. καὶ ἡμῖν οὖν καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς ὑπισχνεῖται τοῦτο. &c. ſic Theophylactus. Quæ Latinè ſonant ita; *Non ſolis Apoſtolis hoc promittebat, ſe nimirum ſemper cum ipſis eſſe; ſed & omnibus omnino ſuis diſcipulis. nec enim Apoſtoli ad ſeculi vſque conſummationem victuri erãt, & nobis igitur & illis qui poſt nos erunt hoc ipſum promittit.* Atque hũc ſpectat, quãdo de fide quidem

225 Petri Principatus Eccleſiæ neceſſarius ad finem vſq; mundi.

quæritur, quòd Eccleſiã D. Paulus a *colũnam* eſſe dicat & *firmamentum veritatis*; eo quòd in decernẽdo nequeat errare, iuxta infallibile Chriſti promiſſum b ſoli Petro Petrique ſucceſſoribus factum; quidquid vel ſchiſmatici vel hæretici vel vniuerſa quoque cacodæmonũ turba machinetur. Exẽpla deſideras? En tibi, ſuppullulaſcẽtibus mox initio Eccleſiæ Chriſtianę ſchiſmatibus & hæreſibus, quàm fuerint in eas extirpandas ipſimet Apoſtoli diligẽtes & acres. A Petro Simõ c Magus primus hæreticus terribiliter increpatur, atq; ab Eccleſia Chriſtiana ſeparatur. Paulus d Hymeneum & Alexandrum circa fidem naufragos tradidit Satanæ, quod eſt anathemate ferire ſeu conſortio Chriſtianorum extorrem reddere ſeu excommunicare; ſicuti veteres e id intelligunt. Idem Paulus f vitari præcipit Alexandrum quendam fabrum ærariũ verbis Apoſtolorũ reſiſtentem. Nicolaũ Diaconum g et eiuſdẽ ſectatores Nicolaïtas à fide recta deſciſcentes exagitat Ioãnes h Apoſtolus et Euãgeliſta. Multas enim iam tũ cœpiſſe graſſari ſemperque graſſaturas hæreſes vel ipſo Paulo i præmonitore didicimus, & priſci ſcriptores Eccleſiaſtici teſtantur, & res ipſa nunc etiã loquitur ac perpetuò loquetur. Ireneus k iam ſuo tẽpore numerabat hæreſes vndeviginti: Tertullianus l poſteà, 29: Epiphanius m deinceps à tẽpore quidem Chriſti, 60: D. Auguſtinus n, 88: Damaſce-

226 Eccleſia colũna & firmamẽtum veritatis.

227 Apoſtolorum diligens in extirpandis hæreſibus cura.

228 Hæreſum graſſatio perpetua.

229 Hereticorũ catalogus ingens.

a Timoth. 3.

b Matth. 16.

c ...Ctor. 8. & ...an Apoſt. ...8. al. 29.

d ...Timoth. 1.

e ...audi deniq; Apoſtolum. ...1. q. 3. & c. ...notãdum eſt ...in fin. 24. q. ...3.

f ...Timot. 4.

g Act. 6.

h Apocalyp. 2.

i 1. Corint. 11.

k Iren. lib. 5.

l Tertull. in libel. de hæreſibus.

m Epiphan. in 80 hæreſib.

n Auguſt. in libell. de hæreſibus ad Quoduult Deum.

maſcenus [a], 83: Philaſtrius [b] Epiphanio ſenior, poſt natum Chriſtum hæreſes 128: Iſidorus [c], cuius catalogum hæreticorum ſuppeditat Gratianus [d], varias atque multiplices: Honorius [e] Auguſtodunẽſis, qui ſub annum Chriſti 1130 paulò poſt Berengarij [f] primi ſacramentarij ſed reſipiſcentis tempora vixit, plurimas: poſteriores atque recentiores, vt Bernardus [g] Lutzenburgus & alij nouiſſimi, penè dixeris innumeras & infinitas inſtar hydræ capitum renatas.

230 *Vnica hæreſion omnium cauſa, caput Eccleſiæ vnicum non agnoſcere.*

Nec mirũ ſanè, cùm relicto ſemel vnico ſupremoque Eccleſiæ in terris capite, Petro nimirum Petrique ſucceſſore Pontifice, fieri non poſſit quin dũ ſuum quiſque ſequitur caput opiniones atque ſectæ tot exoriãtur quot reperiuntur ingenia quæ noui quid ſuperbè moliri nituntur. quandoquidem ſupremi capitis reiectio, cauſa eſt vnica hæreſion omnium. quod & Epiphanius [h] prudenter obſeruauit, & verò naturalis in homine contrà ſentiendi vel ratio vel inclinatio docet. Redeamus ad Apoſtolos; qui non hæreticis tantùm fortiter obſtiterunt & cenſuras Eccleſiaſticas inflixerũt, verumetiam cæterorum Chriſtianorũ turpibus & improbis moribus quaſi frænum iniecerunt, coërcitionibus adhibitis.

231 *Improborum per Apoſtolos coërcitio per formã Iuriſdictionis & Iudiciorum.*

Ananias & Sapphira coniuges bonorum communionem exemplo pernicioſo defraudãtes horribili vindicta coram Paulo [i] corruũt mortui. Paulus [k] idem Corinthium quendam in-

dam inceſtuoſum vtpote cum ſua nouerca conſueſcentem, Satanæ tradidit; quem tamen reſipiſcentem poſteà recepit [a] in gratiam & Eccleſiæ communionem. Plura ſunt alia iuriſdictionis Eccleſiaſticæ per Apoſtolos in Chriſtianos exercitæ ſparſa per noui Teſtamenti libellum teſtimonia, quibus in præſentia ſuperſedeo ne ſim in re probatu minimè vel difficili vel neceſſaria longior. mētio fit cùm alibi tum præſertim Paulinis in epiſtolis de Virginitate, de Viduitate, de Votis, de Cōiugio & Coniugatis, de Digamis, de Monogamia, de Ieiunio, de Oratione, de Pſalmodia, de Liturgia ſeu ſacrificio, de creatione qualitate & officio Epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum, diaconiſſarum, de decoro & officio cōuenientium ad cœnam Dominicam, de verbi diuini prædicatione, de velamine muliebri, de pauperum cura deque collectis, de rebus plurimis aliis ad Eccleſiaſticam politiam tum publicè tum priuatim pertinētibus. de quibus omnibus leges Eccleſiaſticas ferri neceſſarius poſtulabat vſus; vt ſecūdum eas, quaſi Canone [b] quodam fabrili ductore, totū ſeu Eccleſiæ ſeu Chriſtiani cœtus ædificium dirigeretur. vnde & leges huiuſmodi non immeritò Canones appellātur. qua voce talibus in rebus reperitur vſus ipſe D. Paulus [c]; ne quis fortè ſciolus id recētiorum dictitet fuiſſe commentum. *ſi quid aliter ſapitis*, inquit,

h *& hoc*

a 2.Corint.2.

232 Rerū plurimarū ad Eccleſiaſticam politiam pertinētium catalogus de quibus Apoſtoli leges eſſe certas voluerunt.

b 3.Reg.6.nu.25.

233 Canones vnde dicti.

234 Canonis vox ab ipſomet Apoſtolo vſurpata.

c Philipp.3.& Gal.6.in fin. & 2.Cor.10.

*& hoc vobis Deus reuelabit: veruntamen ad quod peruenimus, vt idem ſapiamus, & in eadẽ permaneamus regula.* quod Græcè Paulus multò ſignificantiùs dicit, τῷ αὐτῷ ϛοιχῶν κανόνι. i. *eodem dirigamur vel in ordinem redigamur canone.* quem locum paulò ob-

235 Pauli locus illuſtratus.

ſcuriorem ſic interpretantur veteres [a], vt ſiquid Philippẽſes meliùs ad cultum Dei excogitauerint, id Paulus velit ab iis Deo, quippe qui ſit reuelaturus, acceptum referri: cæterum quæ iam cognouerunt, nimirum de fide Chriſti, de charitate Chriſtiana, de diſciplina Eccleſiaſtica, vt ea o-

236 Conformibus vbique Canonibus vtẽdum; ſic tamen, vt quęlibet Eccleſia peculiares quaſdam poſſit habere cõſtitutiones.

mnia ad vnitatem referant eique ſtudeant & eoſdem cum cæteris Eccleſiis obſeruẽt Canones, ne ſchiſmata gignantur. Pulcherrimus profectò Pauli locus; vt qui doceat, ſingulis quidẽ Eccleſiis licere peculiares quaſdã pro maiore ſui ſtatus decoratione rationes atque Conſtitutiones adinuenire; ſed ita tamẽ vt vniuerſalibus Eccleſiæ totius canonibus ante omnia & præ omnibus pareant. vnde manauit iam inde ab Apoſtolicis temporibus vt pręter & vltra generalium Cõciliorum celebra-

237 Conciliorũ prouincialiũ diœceſanorũ ratio.

tionem & præter vniuerſales Pontificum Conſtitutiones Eccleſiaſticas, Prouinciæ Diœceſeſque ſingulæ ſuas item ſynodos tum prouinciales tum diœceſanas concelebrare iubeantur [b]; Prouinciales quidem ſingulis triennis, diœceſanæ verò quotannis. ſiquid fortè pręterea cõmodiùs Eccleſiæ ſuæ particulariter & ſeorſum præ-

ſcribere

a vide C... ord. ca... rano.

b vide C... Trid ... cap. ... 2 & C... nũ ... 18.

ſcribere queant, huic loco Paulino conformiter. D. Chryſoſtomus[a] de perfectione vitæ locum Pauli ſumit, ne Philippenſes putét ſe perfectos eſſe, ſed in ſubmiſsè de ſeſe ſentiendo concordiæ ſtudeant & eadem regula ſeu eodem canone procedant, *hoc eſt*, inquit, *eadem fide, eodem præſcripto*. nam per Canonem Chryſoſtomus illic intelligit mandata (ſiue Chriſti ſiue Eccleſiæ) quæ nobis pro regula ſeruiant. Photius [b] item hunc Pauli locum ſic interpretatur: *in eodem*, inquit, *permanere Canone, eſt eoſdem ſeruare mores & vnum idemque ſentire tum in vita degenda tum in doctrina; nam quemadmodum qui mutat aliquod dogma, mutat etiam ac diſſoluit ſuperiora; ſic & in vita qui mutat et relaxat aliquid, etiam præcedentia contaminat.* Ipſe D. Petrus alibi [c] teſtatur, Clementem Romanum, cui ordinem Epiſcopalem conferebat, probè ſcire Canones Eccleſiæ de ligando ſoluendoque. Nec verò vel ſolos hæreticos & errantes in fide retuderunt Apoſtoli, vel alios Chriſtianos moribus corruptos coërcuerunt, verumetiam certos quoſdam Paulus [d] iubet eſſe litium quarumlibet etiam ſecularium ſeu temporalium inter Chriſtianos exorientium iudices, eoſdemque Chriſtianos, attamen homines ferè contemptibiliores quàm ſint illi qui ſacris operantur & Eccleſiaſticis vacant rebus. *Contemptibiles* (τοὺς ἐξουθενημένους) inquit, *qui ſunt in Ec-*

238 Locus ille Paulinus quomodo ſumatur à Chryſoſtomo.

239 Dogmata non temere mutanda neq; leges.

240 D. Petrus Canones Eccleſiaſticos laudat.

241 Iudices requirunt Chriſtianos Apoſtoli.

242 Cõtemptibiles in Eccleſia quinam.

a Chryſoſt. d. c. 3. ad Philipp.

b Phot. in d. locum Pauli ad Philipp.

c vide Clemēt. in epiſt. 1. ad Iacobū fratrē Domini.

d 1. Corinth. 6. in princ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

243 Eccleſiaſtica functio quanto ſit ſublimior Ciuili.

*in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum ſi ſecularia* ſeu ad huius vitæ tuitionem pertinentia (βιωτικὰ vocat κριτήρια D. Paulus) *habueritis iudicia.* ſignificans obiter quantò dignior atque pręſtantior itéque ſublimior ſit Eccleſiaſtica functio quàm Ciuilis, & per conſequens quantò leges Eccleſiaſticæ præcellãt ciuilibus; cùm alterum corpus ea quę ſunt huiuſce ſeculi curet & adminiſtret, alterum verò corpus ea quæ ſunt ſpiritus & animorum & ſalutis æternæ. qua de re nos copioſè diximus in oratione [a] de regundis Theologiæ iuriſque cùm Ciuilis tum Pontificij finibus. Ita quemadmodum dixi locũ illum Pauli de iudiciis Chriſtianorum ſumunt ſanctiſſimi viri D. Chryſoſtomus [b] & D. Auguſtinus [c]. quanquam Chryſoſtomus hoc amplius addit, Paulum nõ ſimpliciter neque principaliter dicere, de ſecularibus rebus iudicandi poteſtatem committẽdam eſſe hominibus omnino contemptibilibus & abiectis, cùm procul dubio Chriſtianorũ iudices etiam laicos (quos per contemptibiles in Eccleſia Paulus intelligit interprete præter alios D. Hieronymo) viros præſtantes & egregios eſſe deceat; ſed potiùs hominibus quibuſcunque contẽptibilibus & gentiliũ iudicio abiectis, dummodo Chriſtianis, committenda eſſe ſecularia Chriſtianorũ iudicia, quàm Ethnicis. quos quidẽ Ethnicos à Chriſtianis pro litium ſecularium diremptione adiri

 ægrè

ægrè ferebat Paulus. Pluſculum de rerum ſecularium inter Chriſtianos iuriſdictione ſolis laicis iuxta Pauli præſcriptũ committenda ſcribit vir diligentiſſimus atque doctiſſimus Franciſcus [a] Turrianus.

a Frãciſ. Turr. in librum 8. Cõſtitut. Apoſt. cap. 46.

Iam quod in hoc tertio propoſitionis 244
noſtræ membro addideramus, ad mundi vſque conſummationem per Apoſtolorũ ſucceſſores Canones & leges Eccleſiaſticas partim nouis acceſſionibus & ſuppletionibus partim correctionibus neceſſariò locupletatũ iri, Chriſtianorum nempe negotiis ita poſtulantibus ac ſemper poſtulaturis; id licèt per ſeſe ſatis intelligat quilibet qui modò norit quid ſit regere populum, tamen demus hoc vel ſtupiditati vel malitiæ tempeſtatis huius, vt & hoc ex ipſo noui Teſtamẽti libello ſeu expreſſo ſcripturæ ſacræ verbo probemus. *Reliqui te Creta*, Paulus [b] inquit ad Titum, *vt ea quæ deſunt corrigas*; Græcè ἐπιδιορθώσῃς, quaſi dixeris *ſupercorrigas*; quod eſt ſuppletionibus & acceſſionibus nouarum Conſtitutionum Eccleſiaſticarum Canones ipſos à nobis Apoſtolis acceptos, rebus exigentibus in ſua Prouincia, locupletes & adaugeas. verbo ἐπιδιορθοῦν quãdam regiminis directionisque ſuperadditionẽ præ ſe ferente. quod ipſum Tito tributum, cęteris etiam Apoſtolorũ cæterorum ſucceſſoribus, ac nominatim D. Petri Paſtoris cunctorum Chriſtianorum generalis & vniuerſalis & οἰκουμενικοῦ ſucceſ-

Ad mundi vſque conſummationẽ legibus Eccleſiaſticis opus fore probari locis noui Teſtamẽti.

b Tit. 1. in prin.

ἐπιδιορθοῦν.

ſucceſſoribus tributum eſſe, certo certius eſt. quis enim neſcit, Chriſtum voluiſſe conſultum eſſe proſpectumq́ue Eccleſiæ ſuæ quamdiu mundus duraret a? id quod Matth.
245 inter ſuperiora copiosè demõſtrauimus.

Miſſionis diuinæ ſucceſſio perpetua.

Chriſto ſic Apoſtolos mittente, quemadmodum Pater cœleſtis miſerat b ipſum: Ioann.
Apoſtolis auté deinceps alios atque alios, & his rurſus alios, mittentibus, & ſemper miſſuris, *ad conſummationem Sanctorum*, ſicuti Paulus ait c, *in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti; donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris, veritatem autem faciētes in charitate creſcamus in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus; ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecūdum operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate*. Durabit igitur hæc Apoſtolorum ſiue Eccleſiæ Præfectorũ ſucceſſio quamdiu numerus electorum Dei compleatur: Epheſ.
246 quod erit, quando mundus finietur. interim corpus hoc Eccleſiaſticũ hoc eſt Eccleſiam ſub capite Chriſto variis Eccleſię miniſtris variè fulcientibus; dum alij munus Apoſtolorum alij Prophetarum ſeu interpretum alij Euangeliſtarum alij Paſtorum

Vocationũ varietas, vno tamen ſub capite; ſicut in humano corpore.

ſtorum alij Doctorum ſubeunt. quemadmodum in corpore humano alendo nutriendo fouendo conſeruandoque varij nerui proficiſcentes omnes ex vno capite vel cerebro (ſicut arterię ex corde, & venę ex iecore) diſpergunt alimentū per venas in omnes corporis partes & in extremos etiam partium ſingularum articulos donec tandem totum corpus ſenio deficiat. hac enim comparatione lubenter & quidem ſæpius [a] vtitur D. Paulus ad concordiæ pacis & vnitatis quoque ſtudium relata. Sunt qui putēt [b] ab Ammiano Marcellino [c] (qui ſub Conſtantio vixit Arriano gentilis tamen ipſe) non alia de cauſa Romā vocari vrbem æternā quàm quòd ex Chriſtianis intellexiſſet portas inferni aduerſus Eccleſiam Romanam non poſſe pręualere, propter Eccleſię Chriſtianę caput ibi conſtitutū. ſic & Honorius Imperator æternam nominauit vrbem Romā quemadmodū ſcribit ad Michaëlem Imperatorem Nicolaus PP.[d] primus. Neque defuêre qui torquerēt eô quoque Iudęorum de Chriſto perdendo deliberantium prophetiam [e], *venient Romani & tollent noſtrum locum & gentem*; Eccleſia nempe per Chriſtum perſonaliter inter Iudæos crucifixum primordia ſua capiente, ſed per eundem Chriſtum in Petro Romæ crucifixum, penes cathedram Petri ſeu ſedem Apoſtolicam id eſt Romanam perdurante donec mundus conſummetur.

247 Vrbs æterna cur dicta Roma Marcellino & Honorio Imperatori.

a *vt hic Epheſ. 4. & 1. Cor 12. & Coloſ. 2. ſub fin.*

b *Franciſ. Tur. lib. 3. pro Canonib. cap. 4.*

c *Amm. Marcellin. lib. 15.*

d *Epiſt. Nic. PP. 1. ad Michael. Imp.*

e *Ioann. 11.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cæterum ne quis falsò putet vnà cum ſchiſmaticis & hæreticis, id quod hoc loco [a] dicit Paulus Eccleſię caput eſſe Chriſtum, pugnare cum eo quod ſuperiùs attigimus, Petrum à Chriſto Domino fuiſſe cõſtitutum paſtorẽ totius Eccleſiæ Chriſtianæ generalem & vniuerſalem & œcumenicum, ſeu (quod in idem recidit) Eccleſiæ caput atque Principẽ, breuiter hic ſcrupulus erit eximendus. ac vt hæc obiectio fiat grauior & ſcrupulus iuſtior, addo plauſitabundus, Chriſtũ non hic [b] tantùm ſed & alibi caput Eccleſiæ rectiſſimè nominari veréque eſſe. *Sub pedibus Chriſti ſubiecit omnia Deus Pater* (inquit Paulus [c]) *& ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam quæ eſt corpus ipſius* &c. Rurſus [d]: *ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ qui eſt principium, primogenitus ex mortuis; vt ſit in omnibus ipſe primatũ tenens*. id quod vnico verbo Gręcè per Paulum dicitur πρωτεύων. Chriſtus item fundamentum Eccleſiæ nominatur & eſt. *fundamentum aliud* (inquit [e] idem Paulus) *nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus*. Quem locum Romanus Pontifex exultabundus ipſe profitetur ac ponit [f] in ipſo ſuarum Conſtitutionum quaſi corde ſeu medulla; tãtùm abeſt vt iniurius eſſe velit Chriſto Domino. quod hęretici ſceleratiſſimè calumniantur. Chriſtus præterea *lapis angularis* appellatur, *vt in quo totius Eccleſiæ ſtructura conſtructa ſeu coagmentata ſeu conſtricta*

248 Chriſt⁹ Eccleſiæ Caput, aliter lõgè quàm Pontifex.

249 Hæreticorũ calumnia.

*ſtricta* (Græcè συναρμολογουμένη) *creſcit in templum ſanctum, in quo & vos* (alloquitur Paulus [a] Epheſios) *coædificamini in habitaculum Dei, in Spiritu ſancto.* lapidem hunc angularem ab Iſaia [b] propheta præmonſtratum, non alium eſſe quàm Chriſtum latiùs docet ipſe D. Petrus [c] Apoſtolorũ & Eccleſiæ Princeps; quod & alibi [d] facit idem Paulus. Chriſtus denique *petra* nominatur, propter eandem vel fundamenti vel ſoliditatis qua nititur Eccleſia firmitatem. *Petra*, ſicut interpretatur [e] Paulus petrã Iſraëlitas olim in deſerto comitantem, *erat Chriſtus.* Et quis vnquam Chriſtianus vel negauit vel dubitauit, quin ſoli Chriſto pro nobis crucifixo debeamus omnem noſtri redemptionem? quin ſolus Chriſtus vim dederit ſacramẽtis in Eccleſia relictis? quin ſolus Chriſtus per Spiritum ſuum ſanctum nos viuificet? quin Eccleſiam diuinitùs regat atque protegat vt auctor & fons & principium ex quo & à quo ſolo profluit ſalus? id quod neq; de Apoſtolis neque de Apoſtolorũ ſucceſſoribus vnquam quis dixerit. Attamẽ & Apoſtoli nihilominus in ſacra ſcriptura nominantur nunc fundamenta nunc Principes, nunc aliis nominibus præeminentiam ſignificantibus & ſupremã inter Chriſtianos poteſtatem: ſed aliter longè quàm Chriſtus. *Iam non eſtis hoſpites*, inquit Paulus [f], *& aduenæ, ſed ciues ſanctorum & domeſtici Dei; ſuperædificati ſuper fundamentum*

[a] Epheſ. 2. in fin.

[b] Iſa. 28.

[c] 1. Pet. 2.

[d] Rom. 9.

[e] 1. Corint. 10. in princ.

[f] Epheſ. 2.

250 Soli Chriſto deberi ſalutẽ noſtram.

251 Apoſtoli quoq; vocantur fundamẽta ſed aliter longè quàm CHRISTVS.

*mentum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto* &c. Superſtructi ſumus, ait in eũ locũ D. Chryſoſtomus [a], ſuper fundamentum Apoſtolorum, hoc eſt, fundamentum ſunt Apoſtoli ac Prophetæ. Clariùs ipſe D. Ioãnes in Apocalypſi nominat Apoſtolos fundamenta muri nouę ſpiritualisque ciuitatis Hieruſalem, quæ eſt Eccleſia. *murus ciuitatis*, inquit [b], *habens fundamenta 12, & in ipſis 12 nomina duodecim Apoſtolorũ agni.* quô ſpectat & Regis & Prophetæ Dauidis pſalmus ille triumphalis [c]; *Fundamenta eius in montibus ſanctis* &c. vbi & Principes nominantur Apoſtoli, ſicut & alibi

252 Primus Petrus.

pluribus in locis. inter hos Eccleſiæ Principes, *primus* ab Euangeliſta [d] nominatur & eſt D. Petrus; qui & *petra* ſeu *fundamentum* ab ipſo Chriſto [e] nũcupatur (Syro nempe idiomate quo Chriſtus in ter-

253 Tu es Petrus &c.

ris vſus eſt ſic ſonant verba Chriſti; *Tu es Cephas vel Kipho & ſuper hoc ipſum Cephas vel Kipho ædificabo Eccleſiã meam*) & quod eſt omnium efficaciſſimũ paſtor vniuerſalis ab ipſo Chriſto cõſtituitur [f], vt inter

254 Capitis variæ ſumptiones.

homines merus homo, caput; ad vnitatẽ fidei in Eccleſia melius per vnũ quàm per plures retinendã. Sic in familia Caput vocatur [g] & eſt vir; in ciuitate Caput vocatur & eſt vnus aliquis vel plures è Magiſtratu; in tota aliqua prouincia Caput vocatur & eſt Præſes vel Gubernator; in vniuerſo regno Caput vocatur & eſt Rex;

in im-

in imperio Caput vocatur & eſt Impera-
tor; ciuitatis item vbi propria primaria-
que ſedes eſt imperij, Caput vocatur &
eſt omnium ciuitatum; quo reſpexit ille
qui dixit *Roma Caput mundi*. Capitum 255
nempe ſunt in omni gubernatione quaſi Capitum
gradus quidã, & vt aptiſſimè loquitur A- gradus va-
a Ariſt. lib. 1. Polit. cap. 4. riſtoteles [a] ex antiquo prouerbio δοῦλος rij.
πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου, ſeruus præ
ſeruo, Dominus præ Dño. quod & Pau-
b 1. Corint. 11. lus [b] Apoſtolus cõprobat hoc dicto; *viri
Caput Chriſtus eſt, Caput autẽ mulieris vir,
Caput verò Chriſti Deus.* Chriſtus etenim,
c Ioann. 14. quatenus eſt homo, Deo Patre minor [c]
eſt. Ecce capita multa. Chriſtus prę omni-
d Ioann. 10. bus & Caput eſt & Paſtor [d] eſt & via eſt
& porta eſt & ianua eſt: attamen per illũ
ſunt & Apoſtoli Capita Principes Paſto-
res gregis Chriſtiani; ſunt quadãtenus &
e Pſal. 86. via & porta [e] & ianua. D. Paulo audacter [f]
f Philip. 3. ſub fin. et 1. Cor. 4. dicente, *imitatores mei eſtote*. nam vt opti-
mè ſanctiſſiméq; ſcribit D. Auguſtinus [g],
*Apoſtoli ſunt portæ, quia per ipſos intramus
ad regnum Dei; prædicant enim nobis: & cùm*
g Auguſt. in d. Pſal. 86. *per ipſos intramus, per Chriſtũ intramus.* ita
D. Auguſtinus. neq; tamen quiſquã tam
fuit impius vnquã ex illis omnibus huma-
nis vel Capitibus vel in ſuo quiſq; genere
Principibus, qui nõ agnoſceret pro ſum-
h Coloſſ. 2. ſub medium. mo Capite Deũ. nã ſicut optimè Paulus [h]
monet, Chriſtus eſt Caput omnis Princi-
patus & poteſtatis. Deus nimirum Caput
eſt vt ac tanquam fons & Auctor & lar-
gitor

gitor omnium; quia per ipſum ſolú Re-
256 ges regnant [a] & legumlatores iuſta decer- Prou
nunt & per ipſum ſolum Principes impe-
rant & potentes decernũt iuſtitiam: quiſ-
quis verò ſic præfectus eſt aliis aliquibus,
ille Caput vocatur & eſt ſubditorum ſuo-
rum; non quidem ſubditis hoc dans vt &
ſint & viuant ſeu ſpiritum ducant, ſed vt
iis tanquam Dei miniſter [b] adminiſtratio- Sap
nem regimen & curá impertiens. In ſum- Rom
ma, Chriſtus eſt Caput Eccleſię ſuamet & 1.C
propria virtute déque ſuo Eccleſiam vi-
uificans eíque præſidens ac dominans *vt*
*Rex ſeculorum immortalis inuiſibilis ſolus*
*Deus*, vt Paulus loquitur [c]: at Petrus vel 1.Ti
ſucceſſor Petri Caput eſt Eccleſię ſeu mi-
niſtratoriú ſeu miniſteriale, vt ita loqua-
mur, Dei miniſter ſupremus in Eccleſia-
ſtica politia, ſicut Rex vel Imperator in
regno vel imperio ſeu ciuili politia. qué-
admodum per exempla complura ſatis il-
luſtria modò demonſtrabatur. Gręci bre-
257 uiſſimè ſignificantiſſiméque ſic illud elo-
quũtur; Chriſtus Caput eſt Eccleſiæ θεαρ-
χικόν, hoc eſt diuinum & ſupremum ſuo
numine ſuaque virtute diuina regens &
imperans: Pontifex autem Caput eſt Ec-
cleſiæ ὑπουργικόν, hoc eſt ſubminiſtrú, ſub-
ſeruiens, ſubminiſtrás, inter homines me-
rus homo conſtitutus à Deo diſciplinæ
totius Eccleſiaſticę ſeu gubernationis re-
giminiſque ſpiritualis adminiſter vel ad-
miniſtrator & populi Chriſtiani rector
& pa-

Quale Caput Chriſtus ipſe, quale caput Magiſtrat⁹ vel aliter alio maior.

θεαρχικόν Eccleſię caput ſolus De⁹; ὑπουργικόν verò, Pontifex.

& paſtor. Oportebat enim vt ſecundum corporis humani analogiam, cuius comparatione Paulus toties vtitur, in Eccleſia Catholica, quę non niſi vna eſt, caput etiã aliquod eſſet in terris vnum, prorſus eiuſdem cum cæteris membris & naturæ & ſpeciei & formæ; hoc eſt vt cõſpicuus vel viſibilis & mortalis eſſet homo cõnſpicuos vel viſibiles & mortales inter homines: quemadmodum corporibus noſtris non ſufficiebat habere Deũ Caput in cœlo, niſi ſimul haberent & hic in terris Caput partim oſſeum partim carneum reliquis membris cõformè; neque monſtroſum eſt corpus humanũ quod caput humanum habet, ſed monſtroſum vel certè mutilum foret ſi capite humano careret. Ita præter Deum Caput Eccleſia Capite homine opus habet. aut alioquin vnitas in fide nũquam retineri poſſet, ſed neceſſariò ſequeretur effrænis quædam licẽtia ſentiendi de Religione quidlibet: ad quã quidem licentiam ſicut olim contenderunt, ita & hiſce tẽporibus ſummo & extremo conatu cõtẽndunt hęretici; quẽadmodum naturaliter in omni fit anarchia.

258 Cur Capite fuerit opus terreſtri.

259 Anarchia hęreticorũ.

Demonſtrauimus igitur hactenus Eccleſiaſticæ legiſlationis & Iuriſdictionis antiquitatem, dignitatem, auctoritatem, neceſſitatem, clariſſimis Teſtamenti noui teſtimoniis; quibus obiter & Eccleſiaſtica Hierarchia cũ Eccleſiæ auctoritate ſupremique Pontificis primatu, & perpetua guber-

gubernationis Eccleſiaſticę ſucceſſio, ſtabilitur; quin & ipſum nomẽ Conſtitutionum, Traditionum, Canonum, Decretorum, comprobatur; & Conciliorum tum vniuerſalium tum prouincialium & diœceſanorum ſeu Epiſcopalium fontes aperiuntur; & vniuerſæ denique legiſlationis Eccleſiaſticæ materia, ſiue de fide quæratur ſiue de moribus, panditur. Ex quibus omnibus perſpicuũ fit, quàm ſint inepti ne dicam plus quàm pueri & infantes, immò veriùs nequiſſimi calumniatores, qui Pontificia iura fabulantur Ciuilibus inter Chriſtianos eſſe recentiora.

260 Iura Pontificia ciuilibus antiquiora multo.

Vice coronidis in ſuperiorũ confirmationem lubet adijcere verſiculũ duntaxat vnicum Dauidis a, de Conſtitutionibus Apoſtolorum & aliorum virorum Apoſtolicorum vt Eccleſię Chriſtianæ præfectorum & eam variis legibus regentiũ vel in ea per vitæ ſanctitatem doctrinæque ſplendorẽ relucẽtium, vaticinantis; quẽadmodum certè doctiſſimi piiſſimique quidam b viri locum illum accipiunt. *Congregate* (Dauid inquit de Angelis, in extremo iudicio mortuos & in his ipſos etiam Apoſtolos excitaturis,) *illi ſanctos eius, qui ordinant teſtamẽtum eius ſuper ſacrificia.* Sic enim vulgata habet verſio: D. Cypriano c clariùs ita legente; *Colligite illi iuſtos eius, eos qui diſponunt teſtamentum eius in ſacrificiis.* Ordinationes enim vel diſpoſitiones vel Conſtitutiones omnes Apoſtoli-

261 Verſiculus Pſalmi de Conſtitutionibus Apoſtolicis & Eccleſiaſticis admirabiliter illuſtratus.

262 Ordinatio teſtamenti ſuper ſacrificia.

cæ vel

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cæ vel Eccleſiaſticæ vel Pontificiæ potiſſimùm referuntur ad id quod eſt in Teſtamento nouo hoc eſt in Eccleſia Chriſtiana ſummum & maximum, ad ſacrificium videlicet incruentum tremendaque myſteria per quæ Chriſto Domino coniungamur etiam nunc in terris eique per participationem ſuimetipſius non animo tantùm ſed & corpore prorſus vniamur & vt ita loquar incorporemur, quaſi pro quadam regni cœleſtis teſſera certiſſimoque futuræ tum reſurrectionis tũ gloriæ cœleſtis pignore. finis etenim iuris vniuerſi Põtificij, ſicuti capite primo pleniùs oſtenſum fuit, ſalus eſt animarum; quarũ cibus, nutrimentum & vita, participatio Chriſti eſt. hæc verſiculi illius Dauidici interpretatio fortaſſis tantò poterit videri plauſibilior, quantò certius eſt illic verbum διαθέσθαι idẽ ſignificare quod διατάττεσθαι quod eſt cõſtituere vel iura condere. Græcus enim ſeptuaginta interpretum Codex habet ita; συνάγετε αὐτῷ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ τοὺς διατιθεμένους τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐπὶ θυσίαις. Quanquam D. Hieronymus[a] ipſas Dauidis voces Hæbraicas has אספו-לי חסידי כרתי בריתי עלי-זבח ad verbũ ſic reddidit; *Congregate mihi Sanctos meos qui feriunt pactum meũ in ſacrificio*. Xantes Paguinus hoc modo; *Congregate mihi Sanctos meos qui pepigerunt pactum meum ſuper ſacrificiũ*. Felix Pratenſis paulò aliter; *Congregate mihi Sanctos meos percutientes fœdus meum*

263 Sacrificiũ incruētum præcipuus omniũ legum Eccleſiaſticarum ſcopus.

[a] *Hier. in verſ. bibliorum.*

*meum ſuper ſacrificium.* ſanè paraphraſtes Chaldaïcus Onkelus ad legumlationem id videtur apertiùs referre, dum in hâc ex Ariæ Montani editione loquitur ſententiam; *Congregate mihi Sanctos meos qui pepigerunt pactum, & firmauerunt legem, & operam nanauerunt orationi quæ ſimilis eſt oblationibus.* At, vtvt verſiculus ille ſumatur, ſatis eſt & abundè ſatis ex ipſius noui Teſtamenti teſtimoniis oſtēſum, legiſlationem in Eccleſia Chriſtiana perpetuò duraturam; quamdiu ſcilicet ipſa durabit Eccleſia.

## CAPVT QVARTVM

*Diuo Petro Apoſtolo Pontifici Romanorum primo ſucceſſiſſe cæteros deinceps Pontifices Romanos in iuriſdictionis & poteſtatis Eccleſiaſticæ Principatum. Eccleſiam Romanam à veteribus rectè dici Matrē & Magiſtram & Caput & Cardinem omnium Eccleſiarum. de Græcorum recentiorum ſchiſmate ſuum Patriarcham volentium nominari Oecumenicum. de Phocæ Imperatoris conſtitutione hûc pertinente. Pontificem Romanum vniuerſalem eſſe paſtorem, neque tamen promiſcuè vocari vel Patriarcham vel Epiſcopum vniuerſalem, & quare. Pontifex quomodo ſit Ordinarius omnium. Sententia c. primæ ſedis. cum duobus capp. ſeqq. diſt. 99.*

PRimatum Petri ſucceſſorumque Petri Romanorum Pontificū poſſemus videri

deri ſatis copioſè probaſſe: ſed quia cacodæmon per ſchiſmaticos & hęreticos nihil non agit atque molitur vt hoc nobis fundamentum ſoliditatis & vnitatis tollat ac ſubruat, & Eccleſiaſticam Hierarchiam funditus euertat, Pontifices Romanos Petro ſucceſſiſſe vel Petrũ Romæ vnquam fuiſſe non minus ridiculè quàm nequiter inficiatus, vt mẽdaciorum pater & inuentor quantumlibet craſſiſſimorũ, non abs re fuerit ſi de Romanis præſertim Pontificibus veriſſimè Petri ſucceſſoribus, vt iuris huius noſtri Pontificij poſt Apoſtolos & Apoſtolorum Principẽ Petrum conditoribus, pluſculum proferamus: cætera deinceps quæ vel ſequuntur & colligũtur ex pręcedentis capitis diſputatione vel contra nonnullas adhuc illius clauſulas obijci poſſent ab imperitioribus, breuiter proſequuturi. Non errare tantùm, non hallucinari, non decipi, ſed inſanire ſed furere ſed phreneticos eſſe dixeris iſtos qui contra omnem totius antiquitatis non Eccleſiaſticæ ſolùm, ſed & profanæ memoriam, contra ſcriptorum omnium & Græcorum & Latinorum & Barbarorum teſtimonia, contra vnanimẽ omnium à tempore Chriſti ſeculorũ traditionem, contra gregis vniuerſi Chriſtiani profeſſionem, contra conſtantiſſimam orbis terrarum conſenſionem, de Petri Romæ Chriſtum annunciantis conuerſatione déque eiuſdem ſub Imperatore Ne-

264 Craſſiſſimũ cacodæmonis mẽdacium de S. Petro, quaſi qui nunquam fuerit Romæ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rone extremo tandem ſupplicio affecti morte atque de ſucceſſore per eundem relicto vel tantillum dubitauerint. reliquis omnibus per vniuerſum orbem terrarum
265 Eccleſiis Cathedralibus, ac nō ſolùm patriarchalibus, primos Apoſtolos & Epiſcopos ſuos eorumque ſucceſſores ad vnguem tenentibus atque per catalogos demonſtrantibus. quis enim vnquam adeo fuit vel amens vel impudēs, modò vel micam ſalis haberet, vt id quod orbis vniuerſus nouit eſſe factum (*fuit enim tantus*

*Singulæ ſedes norunt ſuos Apoſtolos eorumq; ſucceſſores; & Romana neſciet?*

266 *in condemnatione ſupplicioq; Petri concurſus populi Romæ ex vniuerſo orbe terrarū degentis*, quemadmodum ſcribit antiquiſſimus auctor Abdias [a] Babylonius Epiſcopus ipſorū Apoſtolorum diſcipulus, *vt platea non caperēt homines vtriuſque tum ſexus tum ætatis*, vt interpres Abdiæ Iulius Africanus loquitur) id factū eſſe negaret? innumerabiles omnium ſeculorum producūtur iidemque ſanctiſſimi religioſiſſimiq; teſtes ab illis qui libros de Hierarchia cōſcripſerunt ingentes [b]; nos hoc loco pauculis aliquot antiquioribus poterimus eſſe contenti, ne quod eſt in prouerbio lu-

*Populi cōcurſus ad ſupplicium D. Petri teſte Babylonio.*

267 cernas incendamus in ſole meridiano. Babylonius ille quē dixi non ſolùm res Petri Romę geſtas latiſſimè proſequitur, verumetiam quibuſnam verbis Clemētem ſibi conſtituerit ſucceſſorem fideliter exponit [c]. Eadem narrat is ipſe Clemens [d] in ſuis Epiſtolis, quin & ipſe D. Petrus in vrbe Ro-

*Auctores hiſtoriæ D. Petri præſtantes aliquot.*

be Roma ſignificat ſeſe ſcripſiſſe ſuam
priorem epiſtolam, dum ſub nomine Ba-
bylonis Romā deſignat [a] propter & vr-
bis inſigne decus & idololatrię confuſio-
nem & Chriſtianorū perſecutionem. quę
totius antiquitatis Eccleſiaſticę ſententia
& interpretatio eſt; Tertulliano [b], Euſe-
bio [c], Sophronio [d] quē D. vertit Hiero-
nymus, Oecumenio [e], cæterisq́; probata.
Græcorū ſcholiis in Teſtamētum nouum 268
ſimpliciter illic [f] adnotātibus, Romam à
Petro Babylonē vocari eo quòd inſignis
& pręclara ciuitas eſſet. Origenes [g] in Ge-
neſin Petrū Romæ & cōmoratum fuiſſe
poſtquā in Ponto, Galatia, Bithynia, Cap-
padocia, euāgelium ſparſiſſet, & ibidē ve-
ſtigiis inverſis in crucem actū fuiſſe me-
morat. Ireneus [h] auditor Polycarpi qui
Ioānis Euāgeliſtę diſcipulus fuit, copiosè
Petri in annūciando Romanis Euāgelio
diligentiam declarat & Petri ſucceſſores
omnes ad ætatem vſq; ſuam recenſet, *hac*,
tandē ſubinferens, *ordinatione & ſucceſſione
ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio in Eccleſia, &
veritatis præconiſatio, peruenit vſq; ad nos: &
eſt pleniſſima hæc oſtēſio, vnam & eandē nunc
viuificatricē fidē eſſe in Eccleſiis quæ ab Apo-
ſtolis fuit tradita, conſeruatamq́; in veritate.*
Hegeſippū [i] prętereo, ſermone lōgo reci-
tantē quomodo mortē crucis Romę ſub-
ierit Petrus. Euſebius [k] Eccleſiaſticæ hi-
ſtoriæ ſcriptor diligentiſſimus Petrū Ro-
mæ Simonis Magi teſtatur impoſturis di-

Romā cur D. Petrus appellauerit Babylonem.

a 1. Petri vlt. in fin.
b Tertull. ad uerſ. Iudæos & aduerſ. Marcionem lib. 3.
c Euſeb. Eccleſ. hiſt. lib. 2. cap. 14.
d Sophr. in libello de Euāgeliſtarū vita, in Marco Euangeliſta.
e Oecum. in e-piſt. Petri priorem.
f in c. vlt. Petri.
g Orig. lib. 3. in Geneſin.
h Iren. lib. 3. aduerſus hæreticos.
i Hegeſip. lib. 3. excidij Hieroſolymitani.
k Euſeb. Eccleſ. hiſt. 2. c. 13.

ligentiſſimè fortiſſimeque reſtitiſſe, totique Occidenti lumen Euangelij intuliſſe. Narrat is [a] idem Petrum vnà cum Paulo Romæ Neroniana perſecutione martyrio vitam finiuiſſe, ſcriptoribus atq; monumentis antiquorũ ſimul allatis in eius rei confirmationem: ſucceſſoribus item Petri Romanis Pontificibus paſſim [b] cõmemoratis ad ſucceſſionis in Eccleſia perpetuæ declarationem. Scribit Euſebius idem ſuis in Chronicis [c] in hanc ſententiam; *Petrus Apoſtolus natione Galilæus, Chriſtianorum Pontifex primus, cùm primùm Antiochenam Eccleſiam fundaſſet, Romam proficiſcitur; vbi euangelium prædicans, viginti quinque annis eiuſdem vrbis Epiſcopus perſeuerat.* Et paulò poſt [d]: *Primus Nero ſuper omnia ſcelera ſua etiam perſecutionẽ in Chriſtianos facit, in qua Petrus & Paulus glorioſè Romæ occubuerunt.* Et ibidem non poſt ita multa ſubiungit Euſebius [e]; *poſt Petrum primus Romanam Eccleſiam tenuit Linus annis vndecim.* Conformia tradũt omnes [f] in vniuerſum quotquot vnquam à Chriſti tempore fuerũt Chronographi tum Græci tum Latini, ne vel Carione quidem quantumlibet homine ſuſpectiore excepto, præter vnum Functiũ vel Fungum veriùs quendam Velani & Seb. Franci [g] nugis motum. Dorothæus [h] antiquior Euſebio de Petro ſic ait; *primus eſt Simon Petrus Apoſtolorum Coriphæus: hic vt epiſtolis* [i] *ſuis innuere videtur euange-*

*lium*

a *Euſeb. lib.* 2. *Eccleſ. hiſt. c.* 24.

b *Euſeb. Eccleſ. hiſt. lib.* 3. *c.* 4. *& alibi paſſim.*

c *Euſebius in Chronicis ad annum Domini* 44.

d *Euſeb. ibidẽ ad annum Chriſti* 70.

269 Auctores primi cacodęmonicæ vanitatis Petrum Romę fuiſſe negantis.

*lium Domini noſtri in Ponto, Galatia, Cappadocia, Bithynia, & tandem Romæ prædicauit, vbi poſtea ſub Nerone Rege capite ad terram verſo (nam ad hunc modum ipſe pati volebat) tertio Calendas Iulij crucifixus ibiq́; ſepultus eſt.* D. Athanaſius[a] de Petro ſic habet; *Petrus & Paulus cùm audiſſent oportere ſe Romæ martyrium ſubire, cum gàudio abierunt.* D. Epiphanius[b] à Petro exorſus Pontificum primorum Romanorum catalogum quoque recenſet, additis his tandẽ verbis interprete Cornario; *Ne quis*, inquit, *miretur quòd ſingula ita exactè recenſemus: per hæc enim ſemper claritas oſtẽditur.* D. Chryſoſtomum[c] eloquẽter audi perorantem. *Non ita cœlum ſplendeſcit*, inquit, *quando radios ſuos ſol ex ſeſe dimittit quemadmodũ Romanorum vrbs vbique terrarum duas lampades effundens. hinc rapietur Paulus, hinc Petrus. Conſiderate & horrete quale ſpectaculum viſura ſit Roma, Paulum videlicet repente ex theca illa cum Petro reſurgentem in occurſum Domini ſurſum ferri* &c. Pauculos nunc Latinos etiam ſcriptores audiamus. Tertullianus[d] igitur ſic habet: *ſi Italiæ adiaces, habes Romam vnde nobis quoque auctoritas præſtò eſt. felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt. vbi Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur.* Rurſus[e]; *Cupio oſtendant mihi ex qua auctoritate prodierint: edant origines Eccleſiarum ſuarum; euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum ita per ſucceſſiones ab initio decurren-*

270 Succeſſiones in Eccleſias inſpiciendæ.

a Athanaſ. in Apologia de fuga ſua.

b Epiphan. in hæreſi 27.

c Chryſ. Hom. 32. in epiſt. Pauli ad Roman.

d Tertull. in libell. de præſcrip. aduerſ. hæret.

e ibidẽ de præſcript. cont. hæret.

 curren-

*currentem vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis vel Apoſtolicis viris (qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerit) habuerit auctorem & anteceſſorem. hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferũt; ſicut Smyrneorum Eccleſia Polycarpum à Ioanne collocatum refert; ſicut Romanorum, Clementem à Petro ordinatum edit &c. Confingant aliquid tale hæretici.* ſic ille. D. Cyprianus [a], contra ſui temporis hæreticos inter cætera verbis vtitur hiſce; *Poſt iſta adhuc inſuper Pſeudoepiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto nauigare audent, & ad Petri cathedram atque ad Eccleſiam Principalem vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt, à ſchiſmaticis & profanis literas ferre, nec cogitare, eos eſſe Romanos, quorum fides Apoſtolo prædicante [b] laudata eſt; ad quos perfidia habere nō poſſit acceſſum.* Rurſus alibi [c], ſucceſſionem Pontificum Romanorum in cathedram Petri pro certiſſima & infallibili ponit Eccleſiæ Catholicæ nota. quo fit vt & Eccleſiam Romanam vocet [d] *Eccleſiæ Catholicæ radicem & matricem.* Solos adhuc addamus Optatum & D. Hieronymum & D. Auguſtinum, ne vel Romanis vel Italis vel Hiſpanis vel Gallis vel vllis horum vicinis teſtibus hic vtamur, ſed ſolis vel Aſianis vel Græcis vel Illyricis vel Aphricanis. Optati [e] contra Parmenianum Donatiſtã verba ſunt hæc: *Ignorantia tibi aſcribi non poteſt, ſciẽti in vrbe Roma Petro primo cathedram Epiſcopalẽ eſſe collatam, in qua ſederit*

omnium

*omnium Apoſtolorum caput Petrus;inde Ce-*
*phas appellatus eſt, in quo vno cathedræ vni-*
*tas ab omnibus ſeruaretur.* mox deinceps re-
cenſens catalogum omnium Romanorũ
Pontificum à Primo Petro vſque ad Da-
maſiũ & Syricium quorum tempore vi-
xit ipſe,tandem ſubiungit; *Veſtra cathedræ*
*vos originem reddite qui vobis vultis ſanctam*
*Eccleſiam vindicare.* D. Hieronymus [a] con-
tra Luciferianos ita ſcribit; *Conatus eſt*
*beatus Cyprianus contritos lacus fugere; nec*
*bibere de aqua aliena. Et idcirco hæreticorum*
*baptiſma reprobans, ad Stephanum tunc Ro-*
*manæ vrbis Epiſcopum, qui à beato Petro*
XXVI *fuit,ſuper hac re Africanam ſynodum*
*indixit: ſed conatus eius fruſtra fuit.* De ipſo
autem D. Petro ſic idẽ D. Hieronymus [b]
habet in Eccleſiaſticorum ſcriptorũ vita.
*Simon Petrus filius Ioãnis,prouinciæ Galileæ,*
*vico Bethſaida,frater Andreæ Apoſtoli,&*
*Princeps Apoſtolorum;poſt epiſcopatum An-*
*tiochenſis Eccleſiæ, prædicationem diſperſionis*
*eorũ qui de circunciſione crediderãt, in Ponto,*
*Galatia,Cappadocia, Aſia,& Bithynia,ſecũ-*
*do Claudij anno,ad expugnandum Simonem*
*Magũ,Romã pergit,ibiq; vigintiquinq; annis*
*cathedrã ſacerdotalem tenuit, vſq; ad vltimũ*
*annũ Neronis,id eſt, decimũquartum; à quo* 271
*& affixus cruci, martyrio coronatus eſt,capite*
*ad terrã verſo,& in ſublime pedibus eleuatis;*
*aſſerens ſe indignum, vt ſic crucifigeretur, vt*
*Dominus ſuus. Scripſit duas epiſtolas,quæ Ca-*
*tholicæ nominãtur,quarum ſecunda à pleriſq;*

[a] Hieronym. in dial. aduerſus Luciferianos.

[a] Hier. in Catalogo ſcript. Eccleſiaſt.

Crucifixio Petri.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*eius eſſe negatur, propter ſtyli cum priore diſſonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius è quibus vnus actorũ eius inſcribitur, alius Euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypſis, quintus iudicij, inter apocryphas ſcripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viã triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur.* D. Auguſtinus cùm alibi paſſim tum præcipuè aduerſus Petilianum, & contra epiſtolam Manichæi, & contra Donatum; *Si omnes,* inquit [a], *per totum orbem tales eſſent Epiſcopi quales tu vaniſſime criminaris, quid tibi fecit Romanæ Eccleſiæ cathedra in qua Petrus ſedit & in qua Anaſtaſius ſedet?* Rurſus; *multa ſunt,* inquit [b], *alia quæ in Eccleſiæ gremio me iuſtiſſimè teneant: tenet conſenſio populorum atque gentium; tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata; tenet ab ipſa ſede Apoſtoli Petri (cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem ſuam Dominus commẽdauit* [c]*) vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotum; tenet poſtremò ipſum Catholicæ nomen* &c. Iterum; *Numerate ſacerdotes,* inquit [d], *vel ab ipſa ſede Petri, & in ordine illo patrum quis cui ſucceſſerit videte: ipſa eſt petra quam non vincent ſuperbæ inferorũ portæ.*

272 Pŏtifices omnes Romanos, vt & Lactantium [e], Ambroſium [f], Oroſium [g], Prudentium [h], Lirinenſem [i], Proſperum [k], Aratorem [l], Iornandem [m], Gregorium Turonenſem,

a August. aduerſ. Petilian.

b Auguſt. cont. epiſt. Manichæi cap. 4.

c Ioann. vlt.

Plurimorũ teſtium omiſſio vt in re minimè neceſſaria.

a Greg. Turon. lib. 1. c. 25.

nenſem a, atque alios omnes ætate poſteriores conſultò prætermittimus, ne teſtimoniis minimè neceſſariis lectorem fatigemus. quamobrem neque Conciliorum antiquiſſimorũ teſtimonia hûc pertinentia proferimus. Illud certè quod iuris eſt Ciuilis hic reticendum non eſt. Imperatores itaque Gratianus, Valentinianus & Theodoſius ita conſtituêre b: *Cunctos populos quos Clementiæ noſtræ regit imperium in tali volumus Religione verſari quam Diuum Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis Religio vſq; adhuc ab ipſo inſinuata declarat; quamq; Pontificem Damaſium ſequi claret, & Petrum Alexandriæ Epiſcopum virum Apoſtolicæ ſanctitatis*. Iuſtinianus item noſter tum in ſuo Codice c tum in Nouellis d quæ dicuntur Conſtitutionibus hæc eadem ſapienter agnoſcit, ac Pontificem Romanum vt Petri ſucceſſorẽ ab omnibus per totum ſuum imperiũ Chriſtianis pro Capite vult agnoſci ſecundum quattuor primarum Synodorum generalium definitiones, Chriſti promiſſo e decretóque f conformiter. Facere nequeo quin poſt Græcos & Latinos & Barbaros, poſt hiſtoricos & Eccleſiaſticos & profanos, poſt ſacræ Theologiæ magiſtros & legũlatores, poſt omne denique ſcriptorũ genus, mulierculas etiam præfractis demus hominibus præceptrices; ſi forsè ſuauiſſimis atque dulciſſimis illarum queant vocibus emolliri. ſed quid opus eſt præce-

273 Iuris Ciuilis hac in re teſtimonia.

b l. C. de ſum. Trinit, et fid. Cath.

c l. vlt. C. de ſum. Trin. & fid. Cath.

d Nouell. 40. vt Eccleſia Rom. centum ann. gaud. præſcrip. & Nouell. 131. de Eccleſiaſt. tit. & priuil. aliiſq; capitulis.

e Matth. 16.

f Ioann. vlt.

274 Mulierculas etiam præceptrices eſſe poſſe quoad hanc rẽ; Petrum videlicet Romæ paſſum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ptricibus multis? vna pro omnibus abũdè ſuffecerit Elpis; quam ſilentio abs me præteriri nomen ipſum Boëtij clariſſimi piiſſimiq́ue viri cognominis mei, cuius illa fuit vxor ſanctiſſima, nõ patitur. In hodiernum vſque diem decãtat Eccleſia mater huius optimæ matronę carmen D. Petro Diuoq́; Paulo natalitium, in quo ſunt hi inter cætera verſiculi numine pleni.

*Ianitor cœli, doctor orbis pariter,*
*Iudices ſecli, vera mundi lumina,*
*Per crucem alter, alter enſe triumphans*
*Vita Senatum laureati poſſident.*
*O Felix Roma quæ tantorum Principum*
*Es purpurata pretioſo ſanguine:*
*Non laude tua, ſed ipſorum meritis*
*Excellis omnem mundi pulchritudinem.*

275 Balſamonis eadẽ de re teſtimonium.

Choream claudat Balſamõ Antiochenus (vt Iuriſcõſultus Eccleſiaſticus in Iuriſconſultum deſinat Eccleſiaſticum) qui apud Photium tit. 8. Nomocanonis Diuorum Petri ac Pauli martyrium fideliter ex Edicto Conſtantini Magni recitat. Ex his tãdem clariſſimum euaſit, quàm ſit verum id quod ex D. Anacleto [a] pluribusq́; ſuperiori tangebamus capite, Petro ſucceſſiſſe Romanos Põtifices in iuriſdictionis & poteſtatis Eccleſiaſticæ principatũ.

276 Romanos Pontifices eſſe veros Petri ſucceſſores.

Contra quæ quidquid ab aduerſariis Eccleſiæ poterit obijci, diligẽter & accuratè partim à ſcriptoribus Hiërarchicis [b] partim à doctiſſimo viro Melchiore [c] Cano refellitur. Ex his iiſdem liquet quàm iuſtè non-

nonnulli Romanorum Pontifices anti-
quiores viri ſanctiſſimi, Romanam Eccle-
ſiam nominauerint nunc Matrem nunc
Magiſtram nunc ſimul Matrem & Magi-
ſtram omnium aliarum Eccleſiarum; vt
D. Calixtus [a], qui ſub annum Chriſti 220
præfuit Eccleſiæ; vt D. Felix [b] primus, qui
ſub annũ Chriſti 270 vixit; vt Nicolaus [c]
primus, vt Innocentius [d] tertius & alij de-
inceps noſtris in libris [e] & in Concilio [f]
Tridẽtino paſſim. quinimmo iam diu an-
tè, ſub annũ nempe Chriſti 100 & quod
excurrit, quàm rectè & quàm cõformiter
tum ſcripturæ ſacræ tum vniuerſæ anti-
quitati Eccleſiaſticæ D. Anacletus Eccle-
ſiam Romanam nominauerit [g] Caput &
Cardinem; *quia ſicut Cardine oſtiũ, ſic huius
Apoſtolicæ ſanctæ ſedis auctoritate omnes Ec-
cleſiæ Domino diſponente regũtur*, vt ipſemet
ſanctiſſimè loquitur. Ex iiſdẽ patet quàm
cœcũ fuerit Græcorum plerorumq; po-
ſteriorum ſchiſma temporibus Heraclij
Imperatoris exortum ſub annum Chriſti
600, non Romanũ Pontificem ſed Con-
ſtantinopolitanũ Patriarcham pro paſto-
re vniuerſali ſeu vt ipſi loquũtur œcume-
nico (propter imperij ſedem illûc olim
translatam) ridiculè reputantium. Cuius
quidem ſchiſmatis veſtigia non in ipſorũ
tantùm libris [h] Pontificiis quos Theodo-
rus Balſamõ cõmentariis illuſtrauit ſed &
in libris hiſce iuris Pontificij noſtris [i] im-
preſſa remanſerunt: illic, ad implicandos,
hic

277 Eccleſia Romana Mater ac Magiſtra omniũ Eccleſiarũ iã inde à priſcis tẽporibus iuſtiſſimè nominata.

278 Itẽ Caput & Cardo.

279 Cœcũ ſchiſma Græcorũ, Patriarcham Cõſtãtinopolitanũ appellitantiũ œcumenicũ.

280 Balſamon ſchiſmatic'

a ...alixt. in epiſt. 1. ...lum. Cõcil. 1. ...r c. non de... dist. 12.

b ...elix 1. in e...ſt. 3. ad Be...gn. epiſ vo...m. 1. Cõcil.

c ...icol. 1. in e...iſt. ad Mi...haelẽ Imp.

d ...ap vlt. ſ. de ...um. Trin. & ...id. Cath.

e ... vlt. ſ. de ſo... compet.

f ...ſeſſ 7 de ba...ptiſ. c. 3. ſeſſ. 14. de miniſtro ſacramẽti extremæ ...unct. ſub fin. ...ſeſſ. 22. de ſacrif. miſſæ c. 8. ſeſſ. 25. de delectu cib.

g d. c. ſacroſancta Romana ſub fi. diſt. 22

h Theod. Balſ. in præfat. in titulos Photij cæteroſq; iuris Põtificij Eccleſiæ Græcæ tractatus.

i c. de Siracuſanæ, diſt. 28. c. quoniam in Romani. c. ſeq. diſt. 31. c. quod ad tranſlationẽ. de temp. ord. cap. ex parte. vlt. de tranſact. c. cùm olim. de Cler. cõiug. c. licèt Græcos, vlt. de baptiſ. & eius effect & alibi ſæpius.

281 hic ad liberandos homines errore. quem tamen errorem ne vel Phocas quidem tulit Imperator Conſtātinopolitanus Heraclij ſucceſſor, quantumlibet immaniſſimus tyrannus; qui teſte Paulo [a] Diacono, contra Patriarcharum Conſtantinopolitanorum inſolentiam ſeſe ſuperbè œcumenicos nominantiũ, ſtatuit (à Bonifacio

Phocas Imperator alioqui malus, tā cœci ſchiſmatis oſor.

282 3 Romano Pōtifice rogatus) vt ſedes Eccleſiæ Romanę Caput eſſet omnium Eccleſiarum; quemadmodum nempe fuerat à Chriſto Domino per D.Petrum ab initio conſtituta & ab omnibus Chriſtianis conſtantiſſimè ſemper habita. neque tamen propterea Pontifex Romanus promiſcuè nominatur vel Epiſcopus generalis aut vniuerſalis aut œcumenicus, vel Pa-

Phocæ decretum iuri diuino cōformiter factũ, & minimè nouè.

283 triarcha generalis aut vniuerſalis aut œcumenicus [b], vel Papa generalis aut vniuerſalis aut œcumenicus; at, præter & vltra hoc quòd ſit Epiſcopus Romanus, etiam vocatur & eſt Caput omniũ Chriſtianorum; vocatur & eſt Paſtor vniuerſalis omnium Chriſtianorũ; vocatur & eſt Rector vniuerſalis omniũ Chriſtianorum; ſolus inter homines vocatur & eſt ſummus ipſe ſacerdos; ſolus inter homines vocatur & eſt ſacerdotum Princeps. Planè reſpectu poteſtatis & iuriſdictionis v-

Pontifex Romanus quomodo ſit appellādus verè quòd et eſt; Gregis nēpe Dominici paſtor vniuerſalis. &c.

284 niuerſalis & œcumenicæ, non male dicitur etiam Ordinarius [c] omnium: Ordinarius inquā iudex, & Ordinarius abſolutè, hoc eſt citra adiunctionem nominis vel

Pōtifex Ordinarius omnium, & quomodo.

Patriar-

a cap penult. d. 99.
b vlt. diſt. 99.
c c. prima ſe diſt. 99.
d lib. 4. ep 32. & 3 38.
e lib. 7. ep 69.

Patriarchalis vel Epiſcopalis vel ſacerdotalis. Cuique enim ſacerdoti, cuique Epiſcopo, cuique Archiepiſcopo, cuique Primati, cuique Patriarchę, ſuus eſt relinquẽdus titulus honoris; & quoad muneris Epiſcopalis functionem, Pontifex non magis eſt Epiſcopus quàm quilibet Epiſcopus alius; vocabulo Papæ cæteris item Epiſcopis competẽte: Nec vllo modo vult Pontifex alienos Epiſcopatus inuadere, quaſi ſolus ipſe vel Epiſcopus eſſet vel Patriarcha vel Papa, cæteri verò Epiſcopi nihil eſſent. quô ſpectãt Pelagij[a] Gregoriique[b] Magni qui Pelagio mox in Põtificatum ſucceſſit (quorum tempore Græcorum illud ſchiſma naſcebatur) dicta, verbis Concilij tertij Carthaginiẽſis[c] per Gratianum incontinenti ſubiecta. nam alioqui remota vocabuli vel captione vel inuidia, atq; ceſſantibus offenſionum ſeu ſcandali periculis, nihil vetaret quo minus Pontifex Romanus diceretur Epiſcopus vniuerſalis, hoc eſt, præter alios omnes Epiſcopos locorum ſingulorũ proprios, omnium Chriſtianorum Epiſcopus generalis. ita nimirũ vocatus fuit Leo primus Pontifex Romanus in Concilio Chalcedonẽſi teſte hoc eodem Gregorio Magno ſuis in epiſtolis[d], vbi copioſè de ſchiſmate iſto nouo Græcorũ agit. Certè Gregorius ipſe ſatis apertè ſemetipſum fuit interpretatus alibi[e], dum ſic eadem de re ſcribit; *Cùm culpa non exigit, omnes ſecundum*

a cap penult. d. 99.
b c. vlt. diſt. 99.
c c. prima ſedis diſt. 99.
d lib. 4. epiſt. 32. & 36. et 38.
e lib. 7. epiſt. 69.

285 Sententia vera capituli primæ ſedis, diſt. 99.

286 Põtifex nõ male dici poteſt Epiſcopus vniuerſalis; & quomodo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cundum rationem humilitatis æquales ſunt,* quaſi dicat, ſecundum rationem poteſtatis & Iuriſdictionis ęquales minimè ſunt, veréque dici poteſt Pelagium & Gregorium à titulis licitis abſtinuiſſe ne cæteri Patriarchæ titulos illicitos vſurparent.

287
Capitulum primę ſedis quò pertineat.

Quod autem in illo Carthaginienſi Concilio tertio [a] decretum fuit vt primę ſedis Epiſcopus non diceretur vel Princeps ſacerdotum vel ſummus ſacerdos, vel aliquid huiuſmodi, illud non ad Romanum pertinet Pontificem (fuit enim Prouinciale [b] duntaxat Concilium hoc, non vniuerſale vel œcumenicum, tempore Syricij Papæ celebratum poſt annum Chriſti 400) ſed ad ſolos Epiſcopos Africanos [c]; quorum nemo ſummus erat ſacerdos & Princeps aliorum ſacerdotum quantumlibet primam Eccleſiæ Africanæ ſedē obtineret: quia ſolus Pontifex Romanus talis & eſt & pro tali ſemper ab omnibus eſt habendus. id quod illi ſanctiſſimi Patres Africani ſpectabant; ne ſcilicet inſoleſceret ipſorum Primas, quemadmodum ſeculis inſequentibus inſoleſcebant Patriarchæ Conſtantinopolitani.

288
Finem cap. primę ſedis nō Patrum eſſe Africanorum ſed Gratiani tranſeuntis ad ſequentia.

Cæterum quod ibidem [d] ſubijcitur de Romano etiam Pontifice non appellando vniuerſali ſeu Patriarcha ſeu Epiſcopo, non illius eſt Concilij, ſicut intuentibus patet [e], ſed Gratiani, ad ſequentia duo capitula tranſeuntis; ne quis fortè falsò putet Epiſcopos Africanos, id quod ad ſe non

perti-

pertinebat, auctoritatem Romani Pontificis imminuere vel voluiſſe vel potuiſſe; cùm contrà voluerint vt ſolus Pont. Romanus Princeps aliorum ſacerdotum nominaretur. Quæ ſingulariter notanda ſunt, vt eruditorum vulgò non ſatis intellecta, ſed ab imperitis atque nominatim à rebellibus in erroris atque ſchiſmatis anſam pertracta.

Si quæ ſunt alia quæ contra nonnullas fortè ſuperioris Capitis tertij clauſulas adhuc obijci poſſent, loco ſuo commodiùs explicabuntur; vt inter cætera de litibus merè Ciuilibus atque temporalibus Chriſtianorum per Chriſtianos Laicos dirimendis, & an vel Pontifici vel viris vllis Eccleſiaſticis iuriſdictio competat huiuſmodi, dicetur opportuniùs ad libri Decretalium tertij titulum poſtremum [a].

[a] ...o, ne Cle- vel Mo- ...n ſecul. ...ſe immiſ- ...e ſimul ...eſtiones ...tras V. de ...iſdictione ...cleſiaſti- ...um temp- ...ali.

DE